BIBLIOTHECAE
PHILOSOPHICAE
STRVVIANAE

EMENDATAE CONTINVATAE

ATQVE

VLTRA DIMIDIAM PARTEM AVCTAE

A

LVD. MART. KAHLIO

P. P. O.

TOMVS II.

SCRIPTORES PHILOSOPHIAE PRACTICAE PERCENSENS.

GOTTINGAE

IMPENSIS VANDENHOECK ET CVNONIS

MDCCXL.


NAZIONALE

ILLVSTRISSIMO
ATQVE EXCELLENTISSIMO DOMINO
DOMINO
GERLACO ADOLPHO
DE MVNCHHAVSEN
IN STRAVSFVRTH ETC.
POTENTISSIMI MAGNAE BRITANNIAE
REGIS A CONSILIIS
REGENDI ELECTORATVS
BRVNSVICENSIS
SANCTIORIBVS
ET MAGNO PER DVCATVM CELLENSEM
PRAEFECTO

P. S. D.

LVDOVICVS MARTINVS KAHLE

ILLVSTRISSIME
ET
CLEMENTISSIME DOMINE

Ne obſequii TIBI debiti gloriam, in me ſinam torpere, DOMINE ILLVSTRISSIME, his litteris iterum TE compellandum eſſe arbitror. Adeo

quidem cepit me incredibilis TVA clementia, vt rationem inire prorſus non poſſim, qua pietatem maximam erga TE aperte declarem. Demiſſa tamen mens, nihil ignorari de innumeris TVIS in me meritis patitur; ſed publice haec venerari iubet, licet quaſuis ſemper laudes modeſtiae cauſſa defugias. Non leuem vero, vtique fateor, mihi ruborem incuſſit, gratioſa Tomi prioris Bibliothecae Philoſophicae, TIBI conſecratae, adprobatio TVA, DOMINE INDVLGENTISSIME; culpam igitur ſilentii haud diluere poſſem, niſi obſtrictiſſimo animo, ac pudore confuſo, quum lucem iam videat Volumen ſecundum, ingentes gratias pro tam incredibili beneuolentia perſoluerem. Campum eruditionis TVAE ſpatiis latiſſimis patere, ſtupent & fatentur omnes; ſi igitur labor, cui iam terminum pono, TIBI complacebit, nihil eſt, quod precibus amplius ambire ſuſtineam. Offero itaque, fretus clementia & manſuetudi-

dine TVA, commentarium meum perpetuum, & notas ad Struuianae Bibliothecae partem vltimam, in qua Ethicae, Politicae, Iuris Naturalis, atque Oeconomiae ſcriptores, quos omne aeuum tulit, praecipui recenſentur; haud raro inſertis textui Struuiano integris ſectionibus; in quo cenſu ſunt ſpeciatim pag. 60--66. p. 170-173. pag. 351-356. propoſita. TIBI ſacras eſſe volo candidiſſimas philoſophorum animas; TIBI, cuius ſcientiam rerumque geſtarum gloriam, maiores illi, ſi quis manium ſenſus eſt, admirantur; TIBI, cuius nomen illuſtriſſimum, adeo ipſis *Regibus Philoſophis* in amore atque in deliciis eſt. Gaudeo ſortem TVAM, DOMINE CLEMENTISSIME. Gaudeo, ſapientiſſimum FRIDERICVM II. Boruſſorum Regem, probe intelligentem, optimos gubernatores haud mediocriter etiam remigum manus iuuare, quum TV nuper coram eo, ſplendidiſſimo legati munere fungereris, de iſta felicitate optimi PATRIAE PATRIS noſtri GEOR-

GEORGII II. & honorifice & grauiter praedicasse, qua TE habet idonea, praeclara, pia, salubria atque exoptata suadentem, ac in multis institutis sibi praelucentem. Alexandrum grauis momordit inuidia, quod Achilli Homerum praeconem fortuna tribuisset; mihi autem, cum omnibus bonis, id inprimis laetandum esse iure video, luculentam apud potentissimos principes TE iniisse gratiam; & orbis terrarum moderatores augustissimos, TE laudum TVARVM consequutum esse interpretes. Deum immortalem supplex etiam rogo, vt TE sospitet, TIBIque, DOMINE CLEMENTISSIME, fortunata, fausta, beata quaeuis sint. Gloriae tandem TVAE cumulum, prouidentia diuina, omnibus votis, quae mens pia vnquam concipere potest, praestet cumulatiorem. Gottingae Calend. Septemb. An. MDCCXL.



TOMVS II.

PRACTICAM PHILOSOPHIAM COMPLECTENS.

CAPVT PRIMVM DE SCRIPTORIBVS PHILOSOPHIAE PRACTICAE GENERATIM, ET SIGILLATIM ETHICIS.

§. I. *Scriptores historiae philosophiae moralis generales.* §. II. *Scriptores speciales.* §. III. *Scriptores, qui sententias veterum philosophorum morales collegerunt.* §. IV. *Scriptores philosophiae mythicae.* §. V. *Moralia Aristotelis cum commentariis grae-*

cis. §. VI. *Aristotelis sectatores in moralibus, Theophrastus Eresius, Cicero & Boethius.* §. VII. *Scriptores Scholastici de moralibus.* §. VIII. *Moralistae recentiores.* §. IX. *Scriptores de iustitia & iure.* §. X. *Scriptores, qui moralia secundum praecepta Decalogi demonstrarunt.* §. XI. *Scriptores, qui in moralia Aristotelis introductiones dederunt.* §. XII. *Scriptores, qui compendia ediderunt ex moralibus Aristotelis.* §. XIII. *Ethica Cartesiana.* §. XIV. *Scriptores Ethici eclectici.* §. XV. *De Philosophia Practica Wolfii.* §. XVI. *Scriptores, qui ad doctrinam de adfectibus faciunt.* §. XVII. *Scriptores Moralium paraenetici.* §. XVIII. *Scriptores Adagiorum.* §. XIX. *Scriptores ethicae paradigmaticae.* §. XX. *Inter scriptores ethicae characteristicae praecipuus est Theophrastus Eresius, &, qui illum secuti.* §. XXI. *Reliqui scriptores ethicae characteristicae.* §. XXII. *Scriptores, qui de moribus diuersarum gentium egerunt.* §. XXIII. *Scriptores de delectu ingeniorum.* §. XXIV. *Scriptores ethicae christianae.* §. XXV. *Scriptores, qui moralem disciplinam cum iurisprudentia docent iungere.* §. XXVI. *Scriptores, qui modum conuersandi hodiernum praescribunt.*

§.

§. XXVII. *Scriptores, qui aulicorum mores formare conati fuerunt.* §. XXVIII. *Scriptores ethicae particulares.* §. XXIX. *Scriptores theologiae moralis & casuum moralium remissiue.* §. XXX. *Scriptores, qui opuscula moralia ediderunt.*

§. I.

Pauci tantum, iique recentiores, animum ad describendam *disciplinarum moralium historiam* adplicuisse deprehenduntur. Primus omnium, nisi fallimur, *bibliographiam moralem* adornauit HENRICVS IVLIVS SCHEVRLIVS, quae Helmstadii 1686. 8. secundum prodiit, primum ibidem 1660. 4. vulgata. Leuia sunt, quae de hoc argumento (a) in *Polyhistore* disseruit

(a) Delibari multa possunt ex Io. CALVINI, ICti, *propaedia practica*, quae studii politici & iuridici prognosis κατασκευαστικη dicitur, Francofurti 1595. 8. SEB. KORTHOLTI disp. *de scriptoribus, quorum virtus singularibus in morum doctrinam meritis illustratur.* Kilonii 1706. 4. BVDDEI *Isagoge histor. theol.* Lib. I. Cap. IV. § XXXI. seqq. pag. 291. seqq. RACHELII *Introduct. in Aristotelis philos. mor.* cap. VI. Nec vltimum inter scripta haec promeretur locum IANI VINCENTII GRAVIÑAE, *de corrupta morali doctrina dialogus, siue Prisci Censorini Photistici hy-*

 dra

feruit MORHOFIVS, cuius tomi III. libri tres priores pag. 481--507. huius argumenti expositione absoluuntur. Sequutus hos VINCENTIVS PLACCIVS, qui *de augenda morali scientia* commentarium in FR. BACONIS DE VERVLAMIO (*aa*) *de dignitate & augmentis scientiarum libr.* VII. edidit, exhibentem *historiae ethicae breuiarium ab orbe condito, indeque ex fortuna eius varia & impedimentis remedia scientiaeque perfectioris sperandae ideam.* Francofurti 1676. 8. *Consilio* etiam *de studio philosophiae practicae optime instituendo*, Hamburgi excus. 1695. 8. *Epitomen bibliothecae moralis* (*b*) adiecit. Confer IO. ALB. FABRICII *vitam Placcii, theatro Anonymorum & Pseudonymorum*, Hamburgi 1708. fol. prae-

dra mystica, liber rarissimus, recusus Giessae 1735. auspiciis IOANNIS GEORGII ESTOR, qui diu inter ICtos nituit.

(*aa*) Gallice nuper reddita sunt Baconis scripta moralia. Titulum fert interpretatio: *Essais du Chevalier* BACON, *Chancelier d'Angleterre, sur divers sujets de Politique & de Morale.* Parisiis 1734. in 12. Conf. *Journal des Sçavans Juillet* 1735. pag. 352. seqq.

(*b*) Eidem debemus librum qui titulum fert: *Typus Accessionum Moralium* seu institutionum medicinae moralis desideratorum eius scientiae, cumprimis vero praeceptorum emendandi semet ipsum elementa pariter proponens. Hamburgi 1675. 8. nec non *Accessiones Ethicas* Hamburgi 1695. 8. excusas.

praemissam. Praestantiores sunt GEORGII PASCHII *de variis moralia tradendi modis formisque* dissertationes, seorsim antehac publice defensae, post in vnum volumen missae & Kilonii 1707. 4. exscriptae; in quibus historiae doctrinae moralis multa eademque egregia plane lux adfunditur. Lectu quoque dignissima sunt, (*b*) quae circa idem argumentum disseruit Io. BARBEYRACIVS in praefatione praestantissima, Gallicae libri Pufendorfiani de iure naturae & gentium versioni praefixa, Amstelodami 1710. & 1712. 4. (*bb*) Licet non omnibus se probauerit doctissimi auctoris, de doctrina morali Patrum ecclesiae tenuiter satis statuentis, sententia. Vnde occasionem cepit REMIGIVS CEILLIERIVS, librum sub titulo: *Apologie de la morale des Peres de l' Eglise contre les iniustes accusations du Sr. Barbeyrac, à Paris* 1718. 4. conscribendi. (*c*) Lege summi viri

(*b*) Conf. *Academische Nebenstunden*, Part. IV. Art. V. & Part. V. Art. II.

(*bb*) Noua editio prioribus multo auctior, reuisa, emendata, confirmata a BARBEYRACIO, Amstelodami impressa est II. Volum. 1733. 4.

(*c*) Sed prodiit quoque *Traité de la morale des Peres de l' Eglise, contre l' Apologie de la Morale des Peres, du* P. CELLIER, *par* IEAN BARBEYRAC, Amstelodami 1728. in 4. vid. *Gelehrte* Zei-

viri IO. FRANCISCI BVDDEI *Isagogen* Part. II. Cap. IV. §. IV. pag. 620. sequ. (*d*) Euolui denique adhuc merentur, quae duumuiri celeberrimi GOTTLIEB STOLLIVS in *hist. erudit.* Part. III. Cap. I. quod *historia doctrinae moralis in genere* inscribitur, & IOANNES GEORGIVS WALCHIVS in *Introductione ad philosophiam* Libr. II. Cap. IV. de fatis doctrinae moralis dissieruerunt. (*dd*) Ad bibliothecam promissam & latentem pertinent GEORGII SCHVBARTI, clarissimi viri, *bibliotheca selecta philosophiae practicae*; & PETRI RESENII opus de Ethices, ad nostra vsque tempora, per scriptores Ebraeos, Ara-

Zeitungen A. 1731. Num. IV. XII. TINDALIVS etiam in *Christianity as old as creation* recus. Londini 1732. 8. adortus est nuper patrum sententias morales, quem repellere enititur auctor libri: *Remarks on Tindal's christianity as old as creation* &c. conf. *Gelehrte Zeitungen* A. 1733. pag. 586.

(*d*) Huc facit STOLLIVS in *praefatione* ad *Versuch einer geistlichen Morale oder Sitten-Lehre von Herrn Iohann La Placette herausgegeben vnd in das Deutsche übersetzt*, Ienae 1719. 4. & Io. MICH. LANGIVS in Disp. *de origine & Progressu theologiae moralis systematicae*, praefixa DÜRRII *compendio Theologiae moralis*.

(*dd*) Fata philosophiae moralis videri etiam possunt in CHRISTOPHORI HENRICI AMTHORIS *Prof. Philos. Ord. Collegio philosophiae moralis seu doctrina de honesto* edit. 1737. 8.

Arabicos, Graecos, Latinos, Italicos, Hispanicos, Gallicos, Germanicos, Anglicos, Danicos & Islandicos, propagatione, cuius *specimen* dedit in praefatione SNORRONIS STVRLESONII *Eddae Islandorum*, Hafniae 1665. 4. praemissa. Vide cl. MOLLERI *prolegomena* ad MORHOFIVM pag. 14. (*e*).

§. II.

Et hi quidem *historiam* disciplinarum moralium *vniuersalem* adumbrarunt. Maior illorum est numerus, qui *singularium* fata descripserunt; sed isti infra, suo quilibet capite, commemorandi veniunt. Aliquot iam commendandi sunt, qui gentium *particularium* circa philosophiam practicam studia collaudauerunt. (*f*) Exigui pretii est HENRICI SCHARBAV diss. *de fatis studii moralis inter Ebraeos*, Ienae 1712. Cui adde IO. HENRICI

(*e*) Tomo I. Cap. III. integro, enarratorum scriptorum copia nos inopes facit.

(*f*) Conf. Io. IACOBI THVRMII dissertat. *de modo proponendi philosophiam gentilium poetarum per fabulas.* Lipsiae 1666. 4. GVSTAVI TILLAEI disput. *de philosophia parabolica.* Vpsaliae 1733. 4.

rici Bocrisii *ius naturae Rabbinorum de officiis*, Ienae 1714. 4. (g) Erudita magis est differt. Ioan. Ioachimi Zentgravii, sistens *specimen antiquitatum moralium, siue historiae moralis antiquae*, Argentorati 1696. 4. data. Georgivs Paschivs libro modo excitato *introductionem in rem litterariam moralem veterum sapientiae antistitum* addidit, ibique *Graecorum* veterum placita moralia enarrauit. *De philosophia morum inter barbaros orientales* Adamvs Tribbechovivs Kilonii 1666. 4. differuit; confer, quae dicta sunt Tom. I. Cap. III. §. II. quod argumentum posthaec diligentius, maiorique cum eruditionis iudiciique praestantissimi adparatu, excussit Nicolavs Hieronymvs Gvndlingivs in *prima*, eademque hactenus vnica, *parte historiae philosophiae moralis*.

(g) In Talmudis vasto opere philosophiae moralis placita quaedam exstant, & *Pirke avoth* veritates huc spectantes continent, de quibus vid. Bvxtorfii *Bibliotheca Rabbinica*. Ioannes Henricvs Hottingervs in *bibliotheca orientali* Cap. I. pag. 55. recenset plures scriptores; nec non Lavrentivs Odhelivs in *Synagoga bifronte* pag. 71. sequ. Ethicam etiam secundum Ebraeorum placita condiderunt Conradvs Aslachvs in *ethica Mosis*, edit. 1613. in 12. atque Ebertvs in *Ethica Ebraea*, Lipsiae 1627. in 4.

ralis, Halae 1706. 4. (*h*) Recusam illam fuisse sub hoc titulo: *Castalionis Neocori Analecta historiae philosophicae*, Francofurti& Lipsiae 1711. 4. anonymus *historiae Philosophiae Sinensis* conditor pag. 39. prodidit. PETRVS GALLANDIVS (*i*) *Apophthegmata* quaedam Orientis sapientum, Turcarum, Persarum Arabumque, collegit, & titulo: *Les paroles remarquables, les bons mots & les maximes des Orientaux*, Parisiis 1692. edidit, recusa Hagae Comitum 1694. 12. De SCHEICH SAADI *Rosario* diximus alio loco. Fata denique philosophiae moralis apud gentiles reliquos, tum orientis tum occidentis incolas, concinne atque curate exposuit GOTTLIEB STOLLIVS *in der Historie der Heydnischen Moral*, Ienae 1714. 4. (*ii*) Recensum illius vide in *actis philosophorum* Part. VI. Num. V. pag. 144--159. Lege & HENRICI

(*h*) Dolemus tantum, sequentes partes primam non excepisse, destinatorumque ordinem fatum properum interrupisse.

(*i*) Ad VALERII MAXIMI & PLVTARCHI semet totum composuit exemplum, memorabilibus sententiis veterum, ex Arabum Persarum & Turcarum, idiomatibus collectis translatisque. Vitam eius vid. in *Memoires des hommes illustres*, Tom. VI. pag. 183. sqq.

(*ii*) Conf. Io. GROENINGIVS in *Bibl. Vniu.*

ci BVRCARDI MEDERI diss. *de Ethnicorum philosophorum doctrina morali*, Halae 1705. Et sigillatim de *Philosophia morali veterum Germanorum oratio* CHRISTOPH. STEPHANI KAZAVERI Altorf. 1710. 4. *(iii)*.

§. III.

Antiquissimi philosophi non tam scriptis hanc morum disciplinam, quam potius symbolis (*k*) & figuris, sententiis & fabulis pro-

(iii) Morum philosophiam, virtutisque apud veteres studium, nuper generatim adumbrauit GEORGIVS ENGLAND in *Enquiry into the Morals of the Ancients*, Londini 1735. 4. Cap. I. de Iustitia antiquiorum paganorum comparata cum christianorum doctrina disputat. Cap. II. Patriae amorem tam magnifice ab iis descriptum exhibet. Cap. III. de animi magnitudine actionibus comprobata, vti Cap. IV. de vitae simplicitate abstinentiaque eorum, & Cap. V. de amicitia, differit. Cap. VI. denique de reuerentia erga Deum cultumque eius, nec non aliis officiis, quaestio instituitur. Eadem ratione principium virtutum omnium apud eos tam copiose delineatur, quam caussa prauorum inter christianos morum.

(*k*) Vid. *die Academischen Nebenstunden* Part. IV. Art. V. & Part. V. Artic. II. Per symbola moralem tradendi philosophiam modus huc etiam redit. Haud ita pridem eundem explicuit anonymus in libro: *La science des hieroglyphes, ou l'art d'exprimer par des figures symboliques les vertus,*

proponebant. Aegyptiorum philosophia symbolica (*l*) erat; confer GVNDLINGIVM *hist. phil. mor.* Cap. I. & REIMANNVM in *Antiquitat. litterar. Aegyptiorum*, §. XXIII. pag. 45. sequ. & adde, quae supra Tom. I. Cap. III. §. VI. dicta sunt. PYTHAGORAS (*m*) & Graeci *sententias* proponebant, & praecipue nota sunt *dicta septem Graeciae*

vertus, les vices, les passions & les moeurs, avec differentes devises historiques, ouvrage utile aux peintres, aux statuaires, aux graveurs & aux amateurs des arts, qui dependent du Dessein. Hagae Comitum 1736. in 4.

(*l*) Discrimen praecipuum inter nostram praecipiendi philosophiam rationem, veterumque methodum, est simplex, nec allegoriis contortis ambiguisque signis inuoluta veritatis enunciatio. De secreto isto symbolorum vsu vid. CLEMENS ALEXANDRINVS *Strom.* V.

(*m*) Dulcedinem & suauitatem morum Pythagorae descriptam reperimus in libro: *Vie de Pythagore, ses symboles, ses Vers dorés &c. par Mr.* DACIER, speciatim Tom. I. pag. 102. sqq. IAMBLICHVS Cap. XXXII. & XXXV. l. c. PLVTARCHVS in *Sympos. Quaest.* Lib. VIII. Cap. VII. BEROALDVS in *symbolis Pythagoricis* edit. Rost. 1674. 4. PAVLVS PATER *in arcanis moralitatis ex* 41. *Pythagorae symbolis*, Francofurti 1681. 8. PAVLVS SCALICHIVS de mysteriis Pythagorae. Basileae 1637. LA MOTHE LE VAYER *de la Vertu des Payens* Tom. I. Opp. pag. 607. sqq. illustrant eandem.

Graeciae sapientium (n), de quibus elegantissime edisseruit IOAN. FRANCISCVS BVDDEVS, Halae 1699. 4. De *Pythagora* vide quae exposuimus Cap. II. §. X. pag. 84. sqq. coll. Cap. III. §. IX. pag. 210. sqq. & adde scriptoribus ibidem recensitis ENEBALDI DALHVSII *dubia & theses ex historia philosophiae Pythagoricae selectas*, Hafniae 1696. 4. *De* BIANTE *Prienaeo* ex numo argenteo peculiarem eandemque doctissimam dissertationem scripsit cl. CHRISTIANVS GOTTLIEB IOECHERVS, Lipsiae 1714. De *Ethica Platonica*, Altorf. 1696. 8. atque *Pythagorica*, ibid. 1692. 8. MAGNI DANIELIS OMEISII in superioribus iam fuit dictum. CHRYSOSTOMI IAVELLI *Dispositionem moralis philosophiae Platonicae*, Venetiis 1563. 4. recensitam vide in *Actis philos.* Part. XIV. Num. II. pag. 210--241. *La Morale d' Epicure*, quae Baronem DES COVSTVRES auctorem habet, Hagae (o) 1686. 12.

(n) Collectas eiusmodi sententias vide in GEORGII ENGLAND *Enquiry into the Morals of the Ancients* modo a nobis excitata.

(o) Vid. *Acta Erudit.* h. a. pag. 483. sequ. Ceterum SENECA de *vita beata* Cap. XII. Epicuri principia moralia comprobat; quum tamen Stoici alias quam maxime discedant a doctrina Epicuri. AVGVSTINVS ipse *Confess.* Lib. II. Cap. XVI. eam laudat prae reliquis.

12. ex GASSENDO videtur esse desumta. Conf. PASCHIVM *de variis modis moralia tradendi*, Cap. IV. & *Introductionem* eiusdem Cap. I. IOANNES STOBAEVS fragmenta moralia veterum philosophorum sub certis titulis congessit. Inter editiones eminent WECHELIANA 1581. fol. it. quae Francofurti facta 1581. & Lugduni 1608. fol. quibus addenda est Parisiensis 1623. 4. cui HVGO GROTIVS prolegomena & notas adiecit, quae tamen admodum est rara. Titulus hic est: IO. STOBAEI (oo) *Florilegium ad Epimium filium, siue Collectaneorum liber, scite reddita, dicta & praecepta continens, emendatus & latino carmine redditus ab* H. GROTIO. *Accedunt* PLVTARCHI & BASILII M. *libelli, de vsu Graecorum poetarum, apud Nicol. Buon.* Tacemus iam DIOGENEM LAERTIVM aliosque, qui placita veterum philosophorum congesserunt. (p) Tacemus XENO-

(oo) De versione germanica libri huius vid. Pars XX. *der Beyträge zur critischen Historie der Deutschen Sprache, Poesie vnd Beredsamkeit.* Conf. Pars XXII. Num. I.

(p) Christiani coetus primi doctores occasionem, sugillandi philosophorum antiquiorum doctrinam moralem, venati sunt persaepe. Adeo familiare est hominibus omnia sibi ignoscere, nihil aliis remittere, & inuidiam rerum non ad principia, sed

Xenophontis libros V. *memorabilium Socratis* (q), quibus sententias *Socraticorum* congessit, quod etiam ex recentioribus egit Leo Allativs, qui *Socratis & Socraticorum epistolas* compilauit, Parisiis 1637. 4. Xenophontis vero memorabilia in gallicum sermonem transtulit Charpentier, sub titulo: *les choses memorables de Socrate*, Parisiis 1668. 12. (r) Add. cel. viri Christiani Friderici Boerneri *orationem auspicalem de Socrate, ceu perfectissimo boni ethici exemplo*, Lipsiae 1704. 4. confer tamen simul Bvddei *dialogum de moribus philosophorum*, Ienae 1695. 12. & Friderici Menzii viri clarissimi diss. de *Socrate nec officioso*

sed ad adfectus personasque dirigere. De la Mothe le Vayer *de la Vertu des Payens* Parte II. Tom. II. Opp. pag. 190. istiusmodi dissensiones excusare, atque caussam tam philosophorum quam patrum agere est ausus.

(q) Lectissimum & dulcissimum succum, ex rebus gestis Socratis, in fauos congessit Xenophon; sed tamen vtilia saepe miscuit friuolis atque alienis minutiis, quae animos lectorum adficere nequeunt iucunditate.

(r) Vid. supra Tom. I. Cap. III. §. X. add. Bibliotheca Selecta Tom. XXII. pag. 417. & M. Io. Balthasaris Bernholdi Exercitamentum *de probitate Socratis siue modica siue nulla*, inserta a clarissimo Beyschlagio fasciculo I. Tomi II. *Syll. var. opusc.* Conf. *Gelehrte Zeitungen* A. 1733. pag. 137.

officioso marito, nec laudando patre familias, Lipsiae 1716. GODOFREDI GVILIELMI PAVLI diss. *de philosophia morali Socratis*, Halae 1714. Fuerunt alii, qui ethicam SALOMONIS elicerent. (*s*) Egit illud IOSEPHVS HALL (*ss*) in *Salomons Regier-Haushaltungs- vnd Sitten-Kunst, verteutscht durch Andream Beyern* 1684. 12. Elegantissimus vero liber est *les conseils de la sagesse, ou recueil des maximes de Salomon, les plus necessaires à l'homme pour se conduire sagement, à Paris* 1677. 8. 2. Vol. Auctor libri dicitur NICOLAVS FOVQVETTVS, quem in exilio suo composuerit. Lege quoque IOAN. MEISNERI dissert. *de curriculo vitae Salomonis*, Vitembergae 1660. 4. CHRIST. IACOBI

(*s*) Adpulit animum ad haec summe venerandus CHRISTIANVS BENEDICTVS MICHAELIS in dissertatione *de Prouerbiis Salomonis*, Halae edit. 1712. 4. & D. BAIERVS in commentario *in Salomonis prouerbia*, qui prodiit Lipsiae 1669. 4. Legi etiam potest TAYLORI *Christus reuelatus* Cap. XI. pag. 93. sqq. Tot tantarumque sane fuit virtutum Doctor Salomo, quot & quantas natura mortalis recipit, vel gratia diuina perficit. Parabolae, prouerbia, aenigmata atque effata eius ingenium instructissimum foecundissimumque demonstrant.

(*ss*) Salomonis doctrinas Hallius in titulos iustaque capita diuisit digessitque, sed notiones ipsas haud inuestigauit, nec ad principia reduxit vniuersalia.

COBI libellum *von Salomons Leben vnd Ende*, Ienae 1670. 12. HIEREMIAE DREXELII *Salomonem*, Antwerp. 1660. 24. pluresque alios. IACOBI EBERTI *ethicam hebraicam*, Lipsiae 1627. 4. memorat STOLLIVS *hist. erudit.* Part. III. Cap. I. §. IX. pag. 547. qui & Abbatis cuiusdam Galli, CHOISY, *la vie de Salomon* 1687. 8. allegat; reliquis, qui ibi recensentur, scriptoribus adde CAROLI LVDOVICI STROMEYERI *Meletema morale, continens introductionem ad sapientiam, ad ductum Siracidis*, Vlmae 1719. 4. Sic etiam sententias quasdam veterum philosophorum congessit GVALTERVS DONALDSONVS, qui *locos communes sapientiae humanae* edidit Francofurti 1602. 4. (*t*).

§. IV.

Antiquissima morum philosophia videtur

(*t*) Quae in obliuionem partim abierant sententiae, enarrantur etiam in libro: *Menschliche Scharffsinnigkeit vergangener vnd ietziger Zeiten, welche nach dem Geschmack der heutigen Welt nothwendige Wahrheiten offenbahret, verderbliche Sitten verbessert, vnd die Vortrefflichkeit des Christenthums erhöhet, aus dem Frantzösischen ins Deutsche übersetzt, vnd mit einer Vorrede gezieret von* M. CARL GOTTFRIED ENGELSCHALL, *Leipzig* 1733. 8. Lege etiam *Pensées choisies sur divers sujets de Morale, tirées des plus excellens Auteurs*. Parisiis 1734. 12.

tur esse *mythologica.* Consule PASCHIVM *de modis moral. trad.* Cap. II. & REIMANNI *Introd. in hist. litter. German.* Libr. II. Sect. III. pag. 660. sequ. *(u)* Magnif. BVDDEI φιλοσοφον φιλομυθον in *analectis hist. philos.* pag. 45. nec non cel. viri IO. CHRISTOPH. WOLFII dissertationes duas *de mythica moralia tradendi ratione nouantiqua.* Vitembergae 1704. publice defensas. Bonae frugis etiam est M. D. OMEISII *ethica Mythologica,* seu diss. *de fabularum poeticarum sensu morali,* Altorf. 1684. 4 & IO. IAC. THVRMII diss. *de modo proponendi philosophiam gentilium poetarum per fabulas,* Lipsiae 1666. 4. iungenda etiam GODFR. LVDOVICI *sciagraphia sapientiae e veteribus poetis latinis hauriendae,* Lipsiae 1695. 4. *(v)* In hac philosophia mythologica

(u) NATALIS COMES *Mythol.* L. I. & L. X. de ea etiam disserit. Neque miramur, fabulosam Philosophiam pariter ac Theologiam, sequaces innumeros sibi conciliasse; etenim comparationibus, allegoriis, figuratisque dictionibus haud raro quidquam inest iucunditatis, id quod & PLATO & CICERO probe obseruarunt.

(v) Hanc classem scriptorum occupat M. DE LAVAVR *Conference de la Fable avec l' Histoire Sainte: où l' on voit, que les grandes Fables, le Culte & les Mysteres du Paganisme ne sont que de copies alterées des Histoires, des usages & des tra-*

gica excellit AESOPVS, (w) fabularum auctor insignis, quae in varias (x) linguas trans-

traditions des Hebreux. Parisiis 1731. in 2. Volum. in 12.

(w) Inter rariores codices impressos huc referenda est FRANC. TVPPI, *Parthenopaei vtriusque Iuris peritissimi studiosissimique in vitam Esopi fabulatoris lepidissimi, philosophique clarissimi traductio materno sermone fidelissima: & in eius fabulas allegoriae cum exemplis antiquis modernisque finiunt feliciter. Impressae Neapoli sub* FERDINANDO *illustrissimo & sapientissimo & iustissimo in Siciliae Regno* triumphatore. *sub Anno Domini* MCCCCLXXXV. *Die* XIII. *mensis Februarii* fol. Pontificiis quam maxime hoc opus displicet, figurae enim additae sunt fabulis, Romanorum pontificum res gestas adumbrantes. Conf. MAITTAIRIVS *Annalium Typograph.* Tom. I. pag. 471.

(x) *Le favole Greche d' Esopo, volgarizzate in rime Anacreontiche Toscane da* ANGIOL MARIA RICCI, *Lettore di lettere Greche nello studio Fiorentino. Con alcune Operette del medesimo, vtili per lo studio della lingua greca*, edit. Florentiae 1736. in 8. qui non minus in praefatione huius versionis refellit vitam, quam MAXIMVS PLANVDES composuit. Iuris publici factae etiam sunt AESOPI fabulae, iunctae PHAEDRI, DE PILPAI, & DE LA MOTTE fabulis, Hamburgi 1731. Inscriptus est liber: ESOPE *en belle humeur, ou l' Elite de ses Fables, enrichies des Figures, des Discours moraux & des Quatrains. Aux quelles on a joint les plus belles Fables de* PHEDRE, *de* PILPAI, *& de Mr. de la* MOTTE, *avec les Devoirs de l' honnête homme, ou, Maximes politiques & morales, tirées des plus celebres*

translatae prodierunt, ita vt Ebraei quoque illas in lingua sua legant. Teste GELLIO, in *Noctibus Atticis* Lib. II. Cap. XXIX. *quae vtilia monitu suasuque erant, non seuere, non imperiose praecepit & censuit, vt philosophis mos est, sed festiuos delectabilesque apologos commentus*, res salubriter ac prospicienter animaduersas in mentes animosque hominum cum audiendi quadam illecebra induit. Habemus hodie fabulas sub nomine AESOPI, ab eodem effictas quidem, non autem ab ipso, sed ab aliis, in scripturam redactas. (*y*) Prodierunt autem istae cum *Aldi*

lebres Ecrivains de ce Siecle, pour servir d' instructions aux personnes, qui ont à vivre dans le grand monde, par CHARLES MOUTON, in 12. Accensendus liber, cui index: *Les Fables d' Esope, Frygien, avec celle de Philelphe. Traduction nouvelle, enrichie des Discours moraux & historiques.* Adiectae sunt *Les Fables diverses de Gabries, Avienus, & les Contes d' Esope, par M. de* BELLEGARDE, Vltraiecti 1734. II. Volum. in 8.

(*y*) Morales fabulae omnes sortiuntur nomen Aesopicarum. Aesopus quidem auctor earum non est, quoniam iam Homeri & Hesiodi aetate fuerunt in vsu; sed ob excellentiam Aesopicarum fictionum, nomen speciei generi inditum fuit. Quae vero generatim de fabulis moneri possent, reperiuntur sub initium fabularum acutissimi DE LA MOTTE, vid. *Fables Nouvelles, dediées au Roy* A. 1719. Parisiis 4. De Aesopicis speciatim

Aldi Manutii interpretatione latina, Gabriae fabulis 43. atque *Aesopi vita* a MAXIMO PLANVDE composita, adiunctisque aliquot gnomicis scriptoribus, Francofurti ad Moenum 1583 8. Edidit postea illas IOACHIMVS CAMERARIVS, addiditque narrationes alias cum historia vitae fortunaeque Aesopi, Lipsiae 1578. 1589. 1600. 8. Est & elegantissima illarum editio h. t. AESOPI *Phrygis fabulae, elegantissimis iconibus veras animalium species ad viuum adumbrantes.* GABRIAE *fabellae* XLIV. Βαἰραχομυομαχια *Homeri,* Γαλεωμυομαχια, h. e. *felium ac murium pugna, tragoedia Graeca. Haec omnia cum latina interpretatione.* Lugduni apud Ioan. Tornaesium 1551. 12. Praemissa sunt APHTHONII Sophistae *de fabulis*, & PHILOSTRATI *de imaginibus* αποσπασμαἰια, & MAX. PLANVDIS *vita Aesopi*, cum interpretatione latina. Insignis vero est Soloecismus a Gallo famigeratissimo IOANNE DE LA FONTAINE in praefatione *fabulis selectis* (z) praefixa commissus, qui inde com-

ciatim conf. *Lettres choisies de M.* SIMON, Tom. IV. pag. 110.

(z) DE LA FONTAINE, inter Gallos mollissima dulcedine carminum memorabilis, Phaedrum & Aesopum felicissime expressit; eius *Fables choisies mises*

commenta *Planudis* defendere voluit, quod aeuo proximus Aesopo fuerit. *Comme Planudes*, inquit, *vivoit dans vn siecle, où la memoire des choses arrivées à Esope ne devoit pas etre encore eteinte, j'ai cru, qu'il sçavoit par tradition ce qu'il a laissé;* quum tamen integra fere octodecim secula *Planudem* viuendo antecesserit Aesopus. conf. FABRICII *biblioth. Graecam* Lib. II. Cap. IX. §. II. Lege etiam (*a*) M. FRIED. GOTTHILF. FREYTAGII diss. *ad Maximi Planudis narrationem de insigni Aesopi deformitate*, Lipsiae 1717.

miles en vers, quam saepissime recusae sunt; nuper etiam nitidissimis typis Hamburgi 1731. II. Tom. in 12. Audiatur de eo *Mr.* DE LA MOTTE in dissertatione, fabulis nouis Regi consecratis praemissa pag 24. *La Fontaine nous tient lieu d'Esope, de Phedre & de Pilpai; Il a choisi ce qu'il a trouvé de meilleur dans les trois; & l'enrichissant encore de ce qu'il a pu recueillir de pareilles allégories éparses de coté & d'autre; il nous a donné cet ample Recueil de fables, qui fait tant d'honneur à la Poesie Françoise: &c.*

(*a*) Planudes seculo XIV. innotuit; teste OLEARIO in *Bibl. Eccles.* Tom. I. p. 479. ob aniles autem fabulas suspectus omnibus, vid. BAELIVS in Dictionar. Hist. Crit. Tom. II. pag. 1112. RICHARDVS SIMONIVS in *Bibl. Crit.* Tom. IV. Ep. XVII. pag. 132. F. VAVASSOR de *ludicra dictione* p. 21.

1717. in qua simul existentia Aesopi aduersus HEVMANNVM adstruitur. Addi possunt *les fables d' Esope Phrygien, illustrées de discours moraux, philosophiques & politiques; nouvelle edition, où sont adioutées les fables de Philelphe, avec des reflexions morales par Mr.* BAVDIN, Parisiis 1659. 8. *De philosophia Aesopi* confer *die neue Bibliothec* Tom. III. pag. 611. sequ. & *Acta philos.* Part. VII. pag. 147. eorundem vero Part. VIII, pag. 253--275. vita Aesopi describitur, collata Part. VI. Diss. II. pag. 947. seqq. IVLII LANDI, Itali, *Vita di Esopo Frigio, in Venezia* 1619. 8. ex *Planude* maximam partem descripta est. Elegantissimus vero liber est *la Vie d' Esope par Mr.* BACHET DE MEZIRIAC 1632. & 1646. 16. (*b*) quae latine reddita praefixa legitur editioni Aesopi Oxoniensi 1716. 8. confer *les Memoires de litterature* Tom. I. Artic. VII. pag. 76. sequ. & RICHARDI BENTLEII *dissertation vpon Esop's fables*, quae Londini 1697. 8. prodiit. (*c*) Inter latinos idem egit PHAE-

(*b*) Germanice etiam versa est Meziriaci historia a IOANNE ANDREA PFEFFERKORNIO, vid. *Acta Philosoph.* Vol. I. pag. 972.

(*c*) Indostanus praefectus PILPAY, inter morum scriptores locum haud vltimum tenet; laudandus eo magis, quoniam praeeuntem non habuit, quem sequeretur. Negari etiam non potest, praeclaras pru-

PHAEDRVS, (*d*) cuius *quinque fabularum Aesopicarum libri* exstant. Suppresso nomine fabulis hisce tanquam suis vsi sunt NICOLAVS PEROTTVS & GABRIEL FAERNVS. Horum tamen plagium patuit, postquam PETRVS PITHOEVS illas primus vulgauit Augustoduni Tricassium 1596. 12. (*e*) Prodierunt inde cum *Conradi Rittershusii, Ioannis Meursii* notis & *Casparis Scioppii* spicilegio, Antwerpiae 1610. 8. Postea ISAAC NEVELETTVS, qui etiam Μυθολογίαν *Aesopicam* Francofurti 1610. edidit, *Phaedrum* cum notis suis recudi curauit inter fabulas variorum auctorum *graecas*, 207. *Aesopi*, 40. *Aphthonii*, 54. *Gabriae*, & *lati-*

prudentiae ciuilis regulas ab eo praecipi, licet artem, suaui probabilique modo fingendi, posthabuerit saepe. Ceterum a Persis Arabibusque hae fabulae translatae sunt; vti etiam a gentibus Europaeis. Gallica versio: *Les fables de Pilpay, Philosophe Indien, ou la conduite des Grands & des Petits*, edit. Parisiis 1702. in 12. prae reliquis nota est.

(*d*) Phaedrum nunquam exstitisse Scriuerius & alii opinati sunt, quum tamen apud MARTIALEM Ep. XX. *Lib.* III. de eo mentio facta fuerit. Descriptiones eius floridae sunt, in quibus perplura eminent eleganter & sententiose dicta, quae Aesopi simplicitatem ornant & reddunt splendidiorem.

(*e*) Conf. IACOBVS THOMASIVS de plagio litterario.

latinas 60. *anonymi* veteris, in bibliotheca Palatina repertas verſibus elegiacis, tum fabulas 42. *Auieni*, eodem carminis genere ſcriptas, & *Laurentii Abſtemii*, recentioris ſcriptoris, fabulas 199. ſermone ſoluto, apud *Commelinum* 1610. 8. atque ex iterata editione Francofurti 1660. 8. Optima vero editio eſt *Ioannis Scheſſeri*, Argentorati 1673. 8. cui, praeter proprias notas, *Franciſci Guieti* animaduerſiones & IOANNIS FREINSHEMII indicem locupletiſſimum adiecit. (*ee*) Plures editiones enumerat IOANNES ALBERTVS FABRICIVS in *bibliotheca* ſua *latina* pag. 54. 55. Nec deſunt inter Gallos recentiores, qui idem argumentum adgreſſi fuerunt, quorum celebriores recenſuit STOLLIVS *hiſt. erudit.* Tom. III. Cap. V. §. XXXIV. ſequ. pag. 709. ſequ. Quibus hodie haud abſimiles ſunt, qui per *fabulas Romanenſes* moralia tradi poſſe exiſtimant, (*f*) licet hae vitiorum potius ſint

(*ee*) Verſiones Gallicae exſtant variae. Prima a *Meſſieurs de* PORT ROYAL 1646. edita interpretatio, ſemper erit notabilis. De ea, quae Pariſiis 1727. 12. typis deſcripta eſt, vid. *Iournal des Sçavans* menſe Mart. 1728. pag. 316.

(*f*) Philoſophis inuentio fabularum Romanenſium adſcribitur. DEARCHVM Ariſtotelis ſectatorem, primum iſtiusmodi poematis proſaici auctorem eſſe,

ſint incitamenta, quam ad virtutem fundamenta. (g) Elegantiſſimus eſt HVETII liber

eſſe, perhibent veteres perplures. Non refragatur PHOTIVS, quippe qui tradit, Diogenis librum de Diniae & Dercyllis amoribus occaſionem praebuiſſe multis, ſcripta ſua ad hoc exemplum formandi. Vix vero vlla gens reperiri poterit, quae Romanenſes fabulas aut validius diligat, aut facilius ſufficiat elaborationi earum, quam Gallica. Gallorum inquam ingenia, vigore & lenitate mixta, maximam partem earum, quae poſteritatem tulere, compoſuerunt. Huc refertur illorum *Telemachus*, de quo deinceps, *Palmerin d' Oliva*; *Amadis*; *Cyrus & La Clelie*; *Cleopatra*, *Caſſandra*. Apud Hiſpanos *Don Quixot* & *Diana* celebrantur. Apud Italos LOREDANO & MARINO, nec non BIONDI, variis ſcriptis generis huius innotuere: Inter nos autem leguntur diligenter *Arminius*, *Aramena*, *Banniſa*, *Hercules*, *Herculiſcus* atque *Octauia*.

(g) *On regarde un Roman, comme un Ouvrage fait uniquement pour amuſer. Ce ne doit pas être là le but pour lequel on doit le compoſer. Tout Livre, qui ne joint pas l' Utile à l' Agréable, eſt peu digne de l' Eſtime des Connoiſſeurs. En amuſant l' Eſprit, il faut inſtruire le Coeur. C' eſt par là, que les plus grands Hommes ont illuſtré leurs Ecrits.* Ita auctor *Litterarum Iudaicarum*, Tom. II. Epiſt. XXXII. pag. 13. ſqq. Ibidem de fabulis Romanenſibus vere diſputantur plura. An vero poemata vocari mereantur, argute diſquirit abbas FRAGVIER in *Memoires de Litterature, tirez des Regiſtres de l' Academie Royale des Inſcriptions & Belles Lettres*;



liber *de l' origine des Romans*, gallice saepius, & latine etiam cum libris duobus *de interpretatione*, Stadae 1688. 8. editus. GOTTHARDI HEIDEGGERI *Mythoscopia Romantica*, *oder Discours von denen so genanten Romans*, Tiguri 1698. 8. prodiit. Adde STOLLIVM l. c. Part. I. Cap. V. §. LXVII. pag. 234. seqq.

§. V.

Succedunt scripta moralia Aristotelis. (*h*) Inter haec praecipui sunt *libri decem Ethicorum*

Lettres; *depuis l' année* 1718. *jusques & compris l' année* 1725. Tomo V. N. XIII.

(*bh*) In Ethicorum libris veritatis tramitem raro sequitur Aristoteles. Ceterum Politicae nomine eos potius insigniri debere, quam Ethicae titulo, beatus LVTHERVS Tom. I. Opp. Altenb. fol. 505. arbitratur, cui equidem adsenserim. THOMASIVS in *seinen kleinen Schrifften*, Num. II. pag. 74. recte multa carpit; miror itaque, qui fiat, vt MELANCHTHON in *Apologia Augustanae Confess.* pag. 62. dixerit: *de moribus adeo erudite scripsit Aristoteles*, *nihil vt de his requirendum sit amplius.* Tam certum enim est, quam quod certissimum, tantum de legibus ciuilibus ab eo esse notiones formatas, & metaphysicas regulas plures, quam morales praescriptas. Videamus placet, quatenus haec doctrina progrediatur, in IOANNIS GEORG. WALCHII *parergis academicis* pag. 328. LACTAN-

rum ad Nicomachum scripti, quos ipsi NICOMACHO quidem attribuendos potius putat CICERO, V. *de Finibus*, Cap. V. Pro ARISTOTELE tamen consensus eruditorum militat. Praeter TVLLIVM etiam FRANCISCVS PATRITIVS hos libros Aristotelis filio tribuit, cuius argumenta examinat SAMVEL RACHELIVS *Introd. in philos. moralem Aristotelis* Cap. IX. *Epitomen* ex his dedit THEOPHILVS GOLIVS, (i) professor Argentinensis, Argent. 1592. 8. OWENI GVNTHERI *libros Ethicam Aristotelis latinis versibus comprehendentes*, Helmstadii 1585. 8. citat

CTANTIVS iam olim *Institut. diuinar.* Lib. VI. Cap. VI. in moralia Aristotelis saeuire consueuit; nihilominus de iustitia multa protulit in medium Aristoteles, quibus fructus inest insignis. LEIBNIZIVS quoque definitionem iustitiae, ab Aristotele conceptam, contra GROTIVM defendit, non sine ratione. Vid. dissertatio eius *de complexionibus*, in Corollar. IV. edit. Lipsiae 1666. conf. etiam praefatio *Codici iuris gentium diplomatico* praemissa.

(i) Index huius libri est: *Epitome doctrinae moralis ex decem libris ethicorum Aristotelis ad Nicomachum collecta*; sed auctor placita Aristoteli adsignat, quae ne Lynceus quidem in fonte Aristotelico inuenire poterit, v. g. Lib. II. Cap. VI. amorem erga Deum, cultumque diuinum. Idem quoque Politicae compendium ex Aristotelis placitis compilauit. Vtrumque opus Argentorati 1621. 8. excusum.

citat STOLLIVS *hist. erudit.* Tom. III. Cap. I. §. XXXIV. pag. 600. IACOBVS quoque THOMASIVS *breuiarium Ethices Aristotelicae* ex libris ad Nicomachum, Lipsiae 1668. 8. conscripsit, catalogo *versionum latinarum* librorum ad Nicomachum addito. Nec desunt etiam, qui *Eudemiorum libros*, ARISTOTELI vulgo adscriptos, ei abiudicent, EVDEMIVM Rhodium, quendam Aristotelis discipulum, substituentes, licet stilus potius & tractandi ratio pro Aristotele faciat. *Magna Moralia* etiam ARISTOTELIS esse, consentiunt plerique, licet *de virtutibus & vitiis* librum ipsi denegent. Plures autem exstant in Nicomachicorum libros commentarii, cur vero non etiam in *Eudemia* & *magna moralia?* causam adfert PASCHIVS *Introd. in rem litter. moralem* Cap. II. §. VI. (*k*) *Aldus Manutius* edidit EVSTRATII, ASPASII, MICHAELIS EPHESII commentarios, Venetiis 1536. fol. Hos autem

(*k*) Mentem finemque Aristotelis nec quisquam commentatorum est adsequutus; etenim ad conseruandam rempublicam conscripta sunt potius Aristotelis praecepta, quam ad formandos mores honesti regulis conuenienter. Omnes hinc libri politici sunt, qui ethici vocantur vel ab ipso Aristotele vel a sequacibus. Hoc eo magis obseruandum est, quoniam Machiauelli Princeps, de quo infra erit dicendum, ex parte Aristotelem habuit praeeuntem.

autem graece tantum ab *Aldo* editos in latinum sermonem transtulit IOANNES BERNHARDVS FELICIANVS, (kk) Parisiis 1543. fol. adiecta dissertatione *de duplici hominis vita, actiua & contemplatiua, ex mente Aristotelis.* Graeco-latinos edidit SAMVEL RACHELIVS, Helmstadii 1662. 4. vbi praemittitur *Hermanni Conringii* epistola, in qua de horum aetate atque studiis disserit. Iungenda his est *Anonymi paraphrasis graeca librorum moralium Aristotelis*, ex recensione & versione DANIELIS HEINSII, Lugduni Bat. 1607. 8. Nec omittendae sunt IO. ARGYROPVLI (kkk) *Commentationes in moralia*

(kk) FELICIANVM merito dixeris interpretem suae aetatis diligentissimum, licet enim versiones eius Paraphrasium nomine rectius insigniantur, quam translationum titulo, nec politissimae sint, nec mentem scriptorum adcurate exprimant, attamen innumeris libris lumen iis accendit auctor. Praeterea historiam animalium Aristotelis, Alexandri Aphrodisiensis commentarios, Analyticorum librum primum, Porphyrium de abstinentia, & perplures alios reddidit latine scriptores. Vid. BAILLET *jugemens des Savans sur les Traducteurs Latins*, Tom. II. Part. III. pag. 332. edit. Amstelod. 1725. HVETIVS de *clar. interpret.* Lib. II. pag. 166.

(kkk) Latine interpretatus etiam est Physicam Aristotelis Argyropulus; THEODORI GAZAE fuit amicissimus, hic quoque versionem suam in flam-

lia Aristotelis a se conuersa, Lipsiae 1511. & Coloniae 1606. 8. (*l*) Exstat quoque *Ethicorum Aristotelis explicatio* accuratissima IOACH. CAMERARII, post eius obitum a filiis prelo permissa, Francofurti 1578. 4. qui & Αριθμολογιαν Ηθικην conscripsit, Basileae 1551. 8. excusam, & *Dialogum de vita aetatem puerilem decente*, Lipsiae 1563. 8. Lege FABRICII *biblioth. graecam* Lib. III. Cap. VI. §. XXIX. EMANVELIS THESAVRI librum, *la Filosofia morale deriuata dal alto fonte del grande Aristotile, Turini* 1671. (*ll*) & Venetiis 1674. 12. tanquam *elegantem commentariolum* commendat MORHOFIVS *Polyhist.* Tom. III. Lib. I. pag. 483.

§. VI.

Aristoteli proxime succedunt illius se-ctato-

flammas coniecit, ne palmam Argyropulo praeripuisse videretur, Conf. PAVLVS IOVIVS *Elog.* CXXVII.

(*l*) Legisse iuuabit, de morum disciplina Aristotelis, *Obs. Hal.* Tom. IX. Obs. VII. pag. 200. sqq. add. BOSIVS de *Compar. Prud. Ciuil.* Num. XV.

(*ll*) Latinitate donatus a P. ADAMO VLRICH, I. V. D. & Professore Codicis, Herbipoli 1730. 8. praeeuntem habuit interpretem latinum CYPRIANVM LENTVLVM, cuius versio latina Norimbergae 1692. prodiit.

ctatores & discipuli. THEOPHRASTVS ERESIVS inter hos praecipuus est, cuius *opera omnia graece & latine ex Theodori Gazae interpretatione* edidit atque emendauit *Daniel Heinsius*, Lugduni Batauorum 1613. fol. Egregii sunt eiusdem *characteres seu notationes morum*, (*m*) qui graece & latine cum scholiis Cl. *Auberii* prodierunt Basileae 1582. 8. postea cum versione *Isaaci Casauboni*, (*n*) Lugduni 1612. 8. recusi Helmstadii 1686. 4. de quibus infra pluribus. Nec minus aestimandi sunt M. TVLLII CICERONIS *de officiis libri* III. qui ex editione optima *Ioannis*

(*m*) Eruditionis nomine clarus COSTE, egregiam *characterum* THEOPHRASTI *& de* BRVYERE editionem II. Tomis in 12. exhibuit, THEOPHRASTO additis notis atque animaduersionibus, Bruyeriique libro collato cum aliis editionibus. Amstelodami 1731. Attamen mutilum mancumque adhuc est Theophrasti opus, principiis nitens Aristotelis, cuius doctrinam in moralibus ieiunam siccamque plerumque esse, ad §. antecedentem declarauimus.

(*n*) Cum ISAACI CASAVBONI & Io. CORN. DE PAVW notis prodierunt etiam Vltraiecti 1737. in 8. vna cum multis lectionibus variantibus. Alias in pretio est PETRI NEEDHAMI editio Cantabrigiensis 1712. 8. Conf. Acta Erudit. Lips. A. 1713. pag. 394. Anglice autem characteres Theophrasti reddidit EVSTATHIVS DVGHDILL, vid. *Gelehrte Zeitungen* A. 1715. pag. 100.

nis Georgii Graeuii prodierunt Lugduni Batauorum 1688. 8. neque tamen contemnenda est editio, quae cum commentario & notis *Samuelis Rachelii* prodiit Francofurti 1668. 8. quibus multa enodantur moralia. Repetitis typis dignum duxit hunc commentarium IOACHIM. MEIER, & nouae, quam curauit, editioni *Officiorum*, (o) vna cum IASONIS DENORES *institutionibus in philosophiam Ciceronis*, & VLRICI OBRECHTI schediasmate in *Somnium Scipionis*, addi iussit; Lipsiae 1721. 8. duobus tomis. Alia est HIERONYMI WOLFFII, quae Basileae prodiit 1579. f. Iungi possunt *les offices de Ciceron traduits en François, sur la nouvelle edition latine de Graeuius, avec des notes & des sommaires des chapitres par l' auteur de la traduction des Lettres de S. Augustin, à la Haye* 1692. (p) Addi possunt CICERONIS V. *libri de finibus bonorum & malorum* diuersimode editi; *Tusculanae*

(o) De perrara Fustii officiorum Ciceronis editione 1466. 4. impressa, vid. fautoris mihi exoptatissimi MAITTARE *Ann. Typogr.* Tom. I. pag. 274.

(p) Vix vllius gentis hominem inueneris, cuius curam, edendis Ciceronis Officiis adhibitam, THOMAE TOOLY diligentiae compares; qui quidem ea emisit in lucem Oxoniae 1717. 8. Conf. *Acta erudit. German.* Vol. V. pag. 345.

sculanarum quaestionum libri V. (q) *Cato maior*, seu *de senectute*; *Laelius* seu *de amicitia*; & *paradoxa Stoicorum*. Lege IO. CHRISTOPHORI FVGMANNI diss. *de Ciceronis philosophia morali*, Vitembergae 1677. 4. (r) Referri huc etiam possunt SEVERINI ANICII MANLII BOETII *libri* V. *de consolatione philo-*

(q) Vid. quoque *Tusculane de* CICERON, *sur le mepris de la mort*, *traduite par* M. *l' Abbé d'* OLIVET, *de l' Academie Françoise*, *avec des Remarques de* M. *le President* BOVHIER, *de la même Academie*, *sur le Texte de Ciceron. On y a joint le Songe de Scipion.* Parisiis 1732. 12.

(r) THOMAE WOPKENS *lectionum Tullianarum*, siue in opera quaedam Ciceronis philosophica animaduersionum criticarum, *libros* III. Amstelodami 1730. 8. excusos, aestimant omnes quotquot iniquo partium studio non ducuntur. Ceterum fatemur, in scriptis philosophicis Ciceronem ausum esse, quae nemo auderet Romanus; perfecisse, quae a nullo nisi doctissimo sectae suae perfici possent. Sed lectoribus vanas atque immensas laudes obtrudit auctor libri dicti: *Memoires Secrets de la Republique des Lettres* Epistola IV. pag. 262. *Les Ouvrages Moraux*, inquit, *de ce Philosophe* (Ciceronis nimirum) *sont si beaux, qu' ils n' ont pu jusqu' ici être égalés; je ne sai s' ils le seront jamais. J' aimerois mieux avoir fait les Offices de Ciceron (oui, Monsieur, je tranche le mot) que tous les Livres Moraux qu' ont écrit les Theologiens. Les autres Traités qu' il a composés dans le goût de cet Ouvrage sont aussi remplis d' excellentes choses.*

philosophiae, quos recensuit & cum optimis notis edidit *Ioannes Bernartius*, Antwerpiae 1607. 8. & in vsum Delphini *Petrus Callyus*, Parisiis 1680. 4. Editio *Renati Vallini* Lugd. Bat. 1656. 8. prodiit. *Ioannis Henrici Ackert* cura, Rudolstadii etiam excusa est 1711. 8. & *Lipsii Gronouiique* notas, ac *Mureti orationem* in hunc librum, simul exhibet. Vita BOETII exstat in CLERICI *bibliotheque choisie* Tom. XVI. pag. 192. sequ. Exstat THEODORI PVLMANNI *de metris Boetianis libellus*, Hanouiae 1607. 8. apud *Vechelium*, confer *Scaligerana* pag. 62. edit. Coloniae 1695. 12. ADRIANI BAILLET *Jugements des Sçavans* Tom. IV. Part. II. num. 1200. Optima autem est editio, quae Lugd. Bat. 1671. 8. cum notis integris *Vallini* & *Sizmanni*, ac prolixa *Petri Bertii* praefatione, in qua omnia *Boetii* scripta recensentur, excusa est. *Metaphrasin* huius libri *germanicis versibus* redditam, & ανωνυμως Solisbaci 1667. 12. exscriptam, celeb. virum CHRISTIANVM KNORRIVM A ROSENROTH auctorem habere, inter omnes constat. conf. *bibliothecam Thomasianam* Part. XVI. Num. I. pag. 823. sequ. Elegantissimus quoque libellus est, titulo *Consolationum philosophicarum & meditationum in aduersis*, IACOBO SADOLETO

TO & IOACH. CAMERARIO auctoribus, a filio huius Francofurti 1577. 8. editus.

§. VII.

Sequuntur *Scholastici*, (s) inter quos primas fert THOMAS de AQVINO, qui scripsit *lectiones ethicas*, a *Nicolao Remigio*, Venetiis 1636. f. post Parisiis 1640. f. editas. (t) Hoc opus multis olim aestimatum & auro contra aestimatum fuit. Sic etiam *secunda secundae summae Theologicae* (u) ad moralem disciplinam facit. (uu) PASCHIVS *Intro-*

(s) GEBHARDI THEODORI MEIERI *introductio in vniuersum Theologiae Moralis studium* hic videatur pluribus; nec non Io. FRID. MAYERI *Biblioth. scriptorum Theologiae moralis*, subnexa Strauchii compendio Theologiae moralis, & LE BLANC in *Historia Congregationum de auxiliis gratiae* passim.

(t) De varia fortuna Aquinatis in scholis pontificiorum, praesertim Gallorum, vid. ECHARD *Script. Ord. FF. Praed. Tom. I.* PETRVS ZORNIVS Tom. I. Opusc. pag. 445.

(u) In itinere litterario MABILLONIVS testimoniis edoctus est euidentibus, Thomam, *summae* istius particulam tantum conscripsisse. Nos supra de eiusmodi contentionibus Tom. I. Cap. II. §. IV. pag. 53. sq. fecimus verba. Vid. etiam *Histoire critique de la Philosophie* Tom. III. pag. 316.

(uu) LOVIS MORERI non ambigit, quin ita de Thoma

Introductione Cap. II. §. XII. *primo*, inquit, *loco huc referendus est* ALBERTVS MAGNVS, *cuius opera in* XXI. *tomos digesta*, *cura Petri Jammii* Lugduni 1651. fol. *prodierunt*, *exhibentque inter alios* XVI. *libros philosophiae moralis*, *ea ingenii felicitate compositos*, *vt Aristotelem non inepte explicuerit*. (v) Hos excipiunt, qui in Aristotelis moralia fuerunt commentati, DONATVS ACCIAIOLVS, cuius *commentarius in ethicam Aristotelis* prodiit Venetiis 1576. 4. Plagii accusatur a NAVDAEO in *bibliogr. politica* pag. 57. edit. *Conring.* Excusatur a SCHEVRLIO *bibliogr. morali* §. LXXXII. & PASCHIO in *Introd.* Cap. II. §. XIII. *Acciaiolo* iungendus FRANCISCVS PICCOLO-

ma de Aquino differat : *Ses Opuscules sur des questions de morale*, *montrent aussi la justesse de son sens & sa prudence chrétienne :* & paullo ante: *Soli de dans l' etablissement des Principes*, *exact dans les raisonnemens*, *habile dans le choix des preuves*, *ferme dans la reponse aux objections*, *judicieux dans le discernement des questions*, *clair & précis dans l' expression*, *il sera toujours le modéle des Theologiens*. Conf. *Le Grand Dictionaire Historique* sub voce *Thomas d' Aquin*. Sed quantum distant ab illo iudicio nostrates?

(*v*) Tom. I. Cap. II. §. IV. p. 50. de hoc mentio facta est; praeter ibi memoratos scriptores, qui Albertum posteritati commendarunt, nominandus nobis est LEHMANNVS in *Chron. Spirensi* Lib. V. Cap. XC. ALBERTVS DE PRVSSIA in Vita Alberti M.

COLOMINAEVS, (vv) cuius *vniuerſa philoſophia de moribus* in X. gradus diſtributa, recuſa eſt Francofurti 1625. 8. vterque tamen *Thomam* ſequitur. Maiori cum elegantia illud egerunt alii. IOACHIMVS CAMERARIVS, (w) cuius *Commentarius in ethicam Ariſtotelis* Francofurti 1578. 4. prodiit, PETRVS VICTORIVS, cuius *commentarius in ethicam Ariſtotelis*, *Florentiae* recuſus 1584. f. & MARCVS ANTONIVS MVRETVS, (x) cuius *commentarius* exſtat Ingolſtadii excuſus 1602. 8. atque iſti ad genuinam textus explicationem

(vv) Agitabatur procellis aduerſariorum philoſophia FRANCISCI PICCOLOMINAEI. Praecipue IOANNES ZABARELLA eam impugnauit; hic vero in editione moralis diſciplinae 1585. inpreſſae refellebatur, nec non in libro: *Comes Politicus aduerſus Ioannem Zabarellam*, inſcripto. Vix vllius aetatis hominem inueneris, cuius ſtudium Platonem cum Ariſtotele conciliandi, induſtriae Piccolominaei compares.

(w) Vid. de eo THOV & TEISS. in Elog. Tom I. pag. 412. Tom. II. pag. 137. DV PIN in *Bibl. des Auteurs Separés* Tom. I. P. II. pag. 462. FABRICIVS in *Hiſtoria Bibl. Fabr.* Part. IV. pag. 35.

(x) Conf. de Mureto THOV & TEISS. *Elog.* Tom. II. pag. 37. & Tom. III. pag. 313. KLEFKERVS in *Bibliotheca Er. Praec.* pag. 255. Io. FRANCISCVS BVDDEVS in Theſibus *de atheiſmo & Superſtitione* pag. 255. THEOPHILVS SPIZELIVS *in ſcrutinio atheiſmi* pag. 22.

nem & emendationem faciunt. Concisi magis sunt, sed elegantiores, OBERTVS GIFANIVS atque ANTONIVS RICCOBONVS, (y) illius *commentarius* Coloniae prodiit 1608. 8. qui non tam ad textum faciunt, quam potius, vt interiora moralium dogmata enodent. Exstant praeterea *variorum opuscula moralia* a IOACHIMO CAMERARIO edita, Francofurti 1583. f. GVALTERI BVRLAEI *commentarius in Aristotelis ethicam*, Venetiis 1521. f. ANDREAE ARDII *clauis philosophiae moralis*, Oppenheimii 1615. 8. EDVARDI BREEREWOODI *commentaria in ethica Aristotelis*, Oxonii 1640. 4. & similes, de quibus tacere praestat, quam plura monere.

§. VIII.

Scholasticos sequuntur, qui vulgo dicuntur *Moralistae*, quos tamen ex parte Theologi atque ICti sibi vindicant. Horum autem ex sectatoribus Thomae, Iesuitis & Hispanis, (yy) habentur quam plures. (z)

(y) RICCOBONI scripta ac vita illustrantur in Elog. THOV & TEISS. Tom. II. pag. 304.

(yy) Inter Hispanos VASQVEZ, HENRIQVEZ, RODERIQVEZ, FERDINANDEZ, DICASTILLO eminent. Conf. D. NICOL. HIERONYMI GVNDLINGII *Otia* P. I. pag. 49.

(z) Inter ineptos scholasticos insanire desiit IO. AZORIVS, qui edidit *institutiones morales*, Lugduni 1625. fol. THEOPHILVS RAYNAVDVS inter Iesuitas non minimus aestimatur, cuius exstat *de morali disciplina* tractatus singularis *ad Theologiam aeque ac iurisprudentiam accommodatus*, Lugduni 1629. f. atque alius *de virtutibus & vitiis*, Lugduni 1634. f. Eiusdem tenoris est FERDINANDI de CASTRO-PALAO opus *de virtutibus & vitiis*, quod *Lugduni* prodiit 1649. f. III. Tomis, multis aestumatissimum. (zz) Adnectendi quo-

(z) Inter se contenderunt ii, qui S. Thomae caussam agunt, de doctrinis eius moralibus. Ordini S. Dominici addicti quidem profitentur Thomae dogmata; attamen alii Thomae placita distinguunt a Dominicanorum adsertis. DIDACVS ALVAREZ & THOM. DE LEMOS interim describunt Thomae sententias, classesque Thomistarum enumerant; hic in *Panoplia gratiae*; & *Historia Congregationis de auxiliis gratiae*, ille autem in libro *de auxiliis diuinae gratiae & humani arbitrii viribus*.

(zz) *Pensées du Pere* BOVRDALOVE' *de la Compagnie de Iesus, sur divers sujets de Religion & de Morale* huc faciunt. Operis huius Tomus III. prodiit Parisiis 1735. 12. inprimis autem *Reflexions sur les principales veritez de la Religion, extraites des plus beaux endroits des Saints Peres. Dédiées à Madame la Duchesse d' Orleans, premiere Princesse du Sang* Parisiis 1726. 12. in quibus auctor veritates morales collegit vnice, atque exempla elo-

 quen-

quoque sunt DOMINICI SOTI libri tres *de naturæ & gratia*, Parisiis 1549. 8. (*a*) De morali disciplina vero Iesuitarum, lege librum gallica lingua scriptum : *La Morale des Jesuites, extraite fidelement de leur livres, à Cologne* 1702. 12. editum, saepiusque recusum. (*b*)

§. IX.

quentiae patrum. Conf. *Iournal des Sçavans* mense Aug. 1728. pag. 496. sqq.

(*a*) Cum paucis aeui nostri comparari possunt *Essais sur divers sujets de Litterature & de Morale, divisés en deux parties, par l' Abbé* TRVBLET, Parisiis edit. 1735. II. Tom. in 12.

(*b*) Conf. quoque *Nachdenckliche Vergleichung der Sittenlehre der Heyden mit derienigen, die man heutiges Tages bey den Iesuiten, vnd in der Constitution Pabsts Clementis* XI. *antrifft*, 1728. 8. & ARNAVLD in *Morale Pratique des Iésuites*, praecipue Tomo I. Hic de *Litteris Prouincialibus*, quas NICOLIVS, latens sub nomine WILHELMI WENDROCK latine cum notis edidit vberioribus, enarrari possent varia; sed haec particula historiae velut formam propositi nostri excedit. Vid. *Nouvelles de la Republique des Lettres, Ianv.* 1700. p. 113. & *Memoires secrets de la Republique des Lettres, ou le Theatre de la Verité, par l'auteur des Lettres Juives*, Tom. I. pag. 377. sq. edit. Amstelodami 1737. 12. & *Logica* nostra *probabilium* Sect. I. Cap. I. §. XXV. pag. 16. sq. vbi plures excitauimus scriptores, nec non infra §. XXIX. huius capitis. Sunt tamen, qui operose in eo sunt, vt excusent pontificiorum hac in re dogmata; quos inter M. MATHIEV PETITDIDIER *Evêque de Macra, Abbé de Senone*, innotuit, libro edito s. t. *Justification de la Mora-*

§. IX.

Alii fuerunt, qui, dum *de iustitia & iure* (c) agerent, omnem philosophiam moralem absoluerunt. Eminent hac in parte DOMINICVS SOTVS, qui VIII. Commentario-

Morale, & de la Discipline de l' Eglise de Rome, & de toute l' Italie, contre un Livre anonyme qui a pour titre: La morale des Jesuites, & de la Constitution Unigenitus, comparée avec la Morale des Payens, à Estival 1727. in 12. Dispicit vero auctor praecipue de morum sanctitate Romanorum pontificum; tum de synodis statutisque Italiae, tum de doctrinis, quae propositae sunt in operibus Romae typis expressis, ita tamen, vt cacoethes illud, studium videlicet partium, paginam faciat vtramque.

(c) De iustitia & iure vid. *A collection of Tracts moral and Theological, placed in the Order, wherein they were first published, viz* I. *A Letter to a Deist*, II. *The Foundation of Moral Goodness.* III. *Second Part of the Foundation of moral Goodness.* IV. *Divine rectitude* V. *A second Letter to a Deist.* VI. *The Law of Truth. With some additional Notes, and a Supplement concerning Rectitude, by* IOHN BALGVY, M. A. Londini 1734. 8. ARCHIBALD CAMPHELL etiam conscripsit *An Enquiry to the Original of Moral Virtue*, contra auctorem *fabulae de apibus*, Lond. 1734. 8. Add. *Reflexions & Maximes nouvelles sur divers sujets. Ecrites par une Dame.* Londini 1737. 12. sed in vsum vulgi potius, quam eruditorum hic liber, si viam docendi ac ordinem perpendis, est conscriptus.

tariorum libros parauit, *de iustitia & iure*, *de iuramento & adiuratione*, Antwerpiae 1568. f. Secutus hunc est LVDOVICVS MOLINA, qui VI. tomos reliquit *de iustitia & iure*, Coloniae 1614. & Moguntiae 1659. f. editos, &, qui reliquis est acutior, LEONARDVS LESSIVS *de iustitia & iure, caeterisque virtutibus cardinalibus*, Parisiis 1606. f. recusus Lugduni 1653. f. Adnectendus hisce est IOANNES de LVGO, qui *de iustitia & iure* Tomos II. edidit *Lugduni* 1652. fol. & IOANNES DE DICASTILLO *de Iustitia & iure ceterisque virtutibus cardinalibus* Lib. II. Antwerpiae 1641. fol. (*d*).

§ X.

Alii moralia demonstrare conati fuerunt secundum ipsa praecepta *Decalogi.* Id quod egit DAVID A MAVDEN in *discursibus moralibus ad* X. *praecepta Decalogi*, Bruxellis 1627. f. Praeferendus est THOMAS SAN-

(*d*) CROVSAZIVS, alibi nobis laudatus, iustitiae naturalis pariter ac morum scientiam, quamprimum stilo est consignaturus; methodo autem mathematicorum plane ab eo reiecta, natura cohaerentes veritates opinione distrahet. Vid. *Göttingische Zeitungen von Gelehrten Sachen auf das Iahr* 1739. Num. XLV. pag. 387.

SANCHEZ, cuius prior tomus *operis moralis in praecepta Decalogi* (*dd*) prodiit Lugduni 1621. f. Praestat tamen THOMAE TAMBVRINI opus *ad praecepta Dei*, Monachii 1659. f. qui multa simul adnexuit de caussis matrimonialibus. (*ddd*) Huc faciunt, qui de legibus in genere *&* legislatore Deo egerunt, inter quos praecipuus est FRANCISCVS SVAREZIVS, cuius tractatus Antwerpiae prodiit 1613. f. Accensendus tamen IO. DE SALAS *commentarius in primam secundae Thomae de legibus*, Lugduni 1611. f. Ex nostratibus huc facit BALTHASAR MEISNERVS *libris* IV. *de legibus*, Wittebergae 1632. 8. (*e*).

§. XI.

(*dd*) De *votis monasticis*, nec non de *matrimonio* scripsit SANCHEZ Geneuae 1592. qui vero tractatus, inprimis posterior, censoriam falcem persaepe experti sunt.

(*ddd*) DANHAVERI *Lac Catecheticum* pariter ac *Theologia Conscientiaria* ad ductum decalogi, moralia quoque explicat. In *collegio decalogico* res in reliquis scriptis praetermissae enucleantur ab eodem auctore. In scholis theologorum DORSCHAEI *Theologia Conscientiaria*, & STRAVCHII *Compendium theologiae moralis*, collaudantur saepius; idem ordo etiam ab vtroque adseruatus est.

(*e*) Conf. PFAFFIVS in *Introd. ad Hist. Theol. Litter.* Part. I. pag. 105, SPIZELIVS in *Templo Honoris* pag. 60.

§. XI.

Pergimus ad illos, qui ex fontibus hisce introductionem dederunt ad Moralia. Primi sunt, qui in Moralia Aristotelis illud tentarunt. (ee) Egit illud IACOBVS FABER, dictus *Stapulensis*, qui *introductionem* suam *in moralia Aristotelis* publicauit Parisiis 1616. f. licet non omnibus arrideat. Amant alii AVGVSTINI MASCARDI (f) *prolusiones ethicas*, quae cum dissertationibus eiusdem *de affectibus*, (ff) siue perturbationibus animi, prodierunt Parisiis 1639. 8. Ex nostris exstat IACOBI THOMASII *breuiarium ethicorum Aristotelis ad Nicomachum, accessit commonefactio breuis de versionibus latinis Nicomacheorum*, Lipsiae 1658. 8. Optimi vero

(ee) Scholae huius doctores iure meritoque adoritur *Pere* BVFFIER in *Cours de Sciences sur des principes nouveaux* &c. l. c. iisque siccitatem, spinosumque mores explanandi studium exprobrat. Laudari vero meretur *Pierre* NICOLE ob *Instructiones Theologicas & Morales in Decalogum* Parisiis in II. Vol. 12. editas. Vid. *Histoire de la Vie & des Ouvrages de M. Nicole* impress. 1733. 12. Parisiis.

(f) De MASCARDO conf. ALLAT. in *apib. vrb.* pag. 67.

(ff) Praecipuum mouere plausum, Aristotelis de passionibus animi cogitationes; & *Discorsi morali su la tavola di Cebete Tebano.* Vid. LORENZO CRASSO *Elog. d' Huom. Letter.*

vero ſunt, praeter PICCARTVM in *introductione* ſua *in lectionem Ariſtotelis*, IO. EISENHARTVS (*ff*) in *ſchediaſmate* ſuo *de methodo doctrinae moralis*, Helmſtadii 1676. 4. & praecipue VLRICVS HVBERVS in *ſpecimine* ſuo *philoſophiae ciuilis*, quod Franeckerae 1686. 8. prodiit, qui ob nexum, quem monſtrat, atque ordinem, inter primos eſt commendandus.

§. XII.

Nec ſolum ſunt, qui introducunt in moralia Ariſtotelis, (*ff*) ſed etiam dantur, qui ad mentem eiusdem *compendia* ſua moralia compoſuerunt. (*g*) Praeiuit in hoc illis PHILIPPVS MELANCHTHON, cuius *elementa doctrinae ethicae*, Vitebergae 1537. &

(*ff*) Exſtant etiam EISENHARTI *Inſtitutiones iuris naturalis & moralis ſcientiae* ad hanc claſſem referendae.

(*ff*) In Ethicam Ariſtotelis *Diſputationes Conimbricenſes* IX. de quibus ſupra, dignae ſunt, quae maximi fiant a ſectatoribus.

(*g*) Hobbeſius in Leviathane aſſerit, in Ariſtotelis & ſectatorum moralibus libris oſcitanter & perperam ſcripta ſe offendere; CVDWORTHVS vero refragatur teſte CLERICO in *Bibliotheca Selecta* Tom. I. pag. 127. nec non CAROLVS FRANCISCVS *d' Abra de Raconis* in *Ethica* ſua, conf. de ea SCHEVRLIVS in *Philoſophia morali* Differt. II. aphoriſm. XVII.

& 1593. item Seruestae 1595. 8. a *Ioanne Maiore* editae, & a VICTOR. STRIGELIO a. 1583. 8. *commentario* illustratae, initium dederunt repurgandae doctrinae ethicae ex Aristotele. (*h*). Secuti eundem fuerunt varii, inter quos est HENRICVS IVLIVS SCHEVRLIVS, qui variis dissertationibus *moralem philosophiam* complexus est Helmstadii 1642. 8. Non minimus ex Aristotelicis est IOANNES CONRADVS DVRRIVS, (*i*) cuius *institutiones ethicae* Altdorfi prodierunt 1665. 8. atque SAMVEL RACHELIVS, cuius *introductio ad philosophiam moralem Aristotelis* Helmstadii edita est 1660. & 1672.

4.

[*h*] De Melanchthonis philosophia Lutherus haec tradidit posteris: *Quidquid in artibus & vera philosophia scimus, hoc Philippus praeclare, titulo quidem humilis Magistri insignitus, omnibus Doctoribus doctior scit:* Conf. *Vitas Germanorum Philosophorum* MELCHIORIS ADAMI pag. 197. quod elogium, licet fortunam hominis egrediatur, tamen sua aetate ingenium fuit Melanchthonis sine exemplo maximum. Biographum illius Tomo I. Cap. I. §. IV. pag. 21. nominauimus; add. THVANVS Hist. Lib. XXVI. & SECKENDORFIVS in Historia Lutheranismi passim.

[*i*] Legatur FABRICIVS Part. VI. *Histor. Bibl. Fabr.* pag. 379. WITTE in *Memor. Theol.* Dec. XV. pag. 1956. Eodem auctore *Ethicam Paradigmaticam*, & *Centuriam Problematum moralium selectiorum* prodiisse, citati scriptores memorant.

4. & praemiſſa editioni *Ethicorum Ariſtotelis* ad *Nicomachum* graeco latinae; eiusdem *de principio actionum moralium liber*, *ſeptem diſputationibus abſolutus*, Helmſtadii 1664. 4. excuſus eſt. Praeferenda tamen eſt CONRADI HORNEII (*k*) *philoſophia moralis*, *ſiue doctrinae ciuilis de moribus libri* IV. Francofurti 1641. & 1648. 8. edita, quae, eo quod actiones humanas harumque principia optime explicat, adprime eſt vtilis. Lege CHRISTOPH. SCHRADERI orat. *in obitum Horneii*, Helmſt. 1656. 4. Vt taceam *Keckermanni*, *Ŝculteti*, *Kippingii*, *Goclenii*, *Alſtedii*, (*l*) aliorumque labores. KECKERMANNI *ſyſtema ethicum*, (*m*) opus poſthumum, Hanouiae 1610. 8. prodiit; SCVLTETI vero *libri* II. *Ethicorum* Lugd. Bat. 1593. & Vrſellis 1603. 8. exſcripti ſunt, vterque ad *Eclecticorum* magis, quam *Ariſtotelicorum* ſubſellia referendus eſt. KIPPINGII *inſtitutiones ethicae* prodierunt (*n*) Bremae 1653. 4. Pro-

[*k*] De CONRADO HORNEIO nonnulla ediſſeruntur a FABRICIO in Hiſtor. Biblioth. Fabric. Part. IV. pag. 54.

[*l*] Supra Tom. I. Cap. II. §. VI. pag. 64. dicta videantur.

[*m*] KECKERMANNVM laudauimus Tom. I. Cap. II. pag. 63. & noſtrum de eo adſcripſimus iudicium.

[*n*] Mentio de HENRICO KIPPINGIO fit in *Bücher-Saal*

Prolixum vero eſt opus IOSEPHI SAENZ de AGVIRRE (o) *de virtutibus & vitiis*, Romae 1697. f. editum, atque ad normam librorum *Ethicorum ad Nicomachum* directum. Plures huc pertinent, quos ex laudatiſſimi REIMANNI *Introduct. in hiſt. litter. German.* Lib. II. Sect. III. pag. 543. coll. pag. 730. diſces. Non vero inueni illic WILHELMI STRATEMANNI & ADAMI SPRENGLERI *inſtitutiones ethicas*, non IACOBI MARTINI (p) *Synopſin ethicam*, non CHRISTIANI MATTHIAE (pp) *Syſtema ethicum*, non IOANNIS MAGIRI *Ethicam*, non VELSTENII *centuriam quaeſtionum ethicarum*, non HACKMANNI *philoſophiam practicam*, non RINGMACHERI *Lexicon philoſophiae moralis*, non HEBENSTREITII *philoſophiam moralem*,

Saal Tom. III. pag. 122. & FABRICII *Hiſtoria Biblioth. Fabr.* Part. VI. pag. 301.

(o) Philoſophiam tribus Tomis 1671. inpreſſis illuſtrauit AGVIRRIVS; *Commentarium* porro in *Ariſtotelis morales* libros 1675. typis vulgauit; tractatus autem de Virtutibus & vitiis primo prodiit 1677. Vid. NICERONIVS Tom. III. pag. 225.

(p) Martini ſcripta ad Tom. I. Cap. II. §. V. pag. 62. recenſuimus.

(pp) CHRISTIANI MATTHIAE exſtat memoria in SPIZELII *Templo Honoris* pag. 203. ſqq. & in IAC. THOMASII Diſſert. *de Plagio* §. DC.

lem, de quibus, si differere instituisset, haud dubie prolaturus fuisset parum cognita. Adde his IACOBI THOMASII *philosophiam practicam tabulis comprehensam*, Lipsiae saepius, & vltimum 1702. fol. typis exscriptam; & IOANNIS IACOBI MVLLERI *institutiones positiuo-polemicas ad mentem Aristotelis concinnatas*, Ienae 1691. 8. (*pp*).

§. XIII.

CARTESIVS, vti in morali philosophia haud adeo multa praestitit, ita sectatores quoque paucos inuenit. A multis tamen aestimatur scriptum eiusdem *de passionibus* (*ppp*) *seu affectibus animi*, (*q*) etiamsi POIRETVS

(*pp*) FLAVII QVERENGI *Institutionum moralium* libri duo, ex Aristotelis ducti sunt etiam principiis, sed auctor Aristotelem raro intelligens, vel hanc ob caussam sine ratione inuehitur in eum acerbius. Reliqui scriptores pertenuibus & ruinosis vtuntur argumentis, in concinnanda morali philosophia ad mentem Aristotelis. Omittimus igitur scriptores, in quos exarserunt alii; nomina tantum adponenda sunt partim obscura; IOANNES BVRIDANVS, PETRVS DE SPIRA, HENRICVS DE VICMARIA, MICHAEL AGRIANVS, GERARDVS ODO. Dixisse sat est. Animus meminisse horret.

(*ppp*) Et Epist. Tom. I. Ep. X.

(*q*) Immortalitate dignissimus auctor non tam morales

TVS libro III. *de eruditione falsa* pag. 317. (r) multis *Cartesii ethicam* refutauerit. Sequitur eundem HENRICVS MORVS in *enchiridio ethico*, Londini 1660. & 1668. item 1672. 8. exscripto, & recuso Tom. I. *operum philosophicorum*, quae Londini 1679. fol. duobus tomis comprehensa prodiisse, supra iam

veritates atque leges, quam caussas naturales animi adfectuum hoc in libro scrutatur.

(r) Itidem refutare Cartesium adnititur Poiretus. *Cogit. Rat.* pag. 408. Conf. *Oeconomie de la Creat. & de la Providence.* Superba esse palatia arenae imposita, nec quid pro virtute & pro summo bono habendum sit explicantia, ethica praecepta Cartesii, adserit Poiretus; sed tum alibi tum hac in re non sine animi impetu adortus est insignem philosophum. Explanauit enim Cartesius, quod absolute in se est bonum summum, & quod tale est quoad nos, rectae rationi conuenienter; licet terminos adhibere potuisset paulo clariores, atque principia firmiora. Virtutis etiam naturam haud praetermisit; ita enim illam constituit, vt quis faciat ea, quae iudicat esse optima. Media autem ad eam esse ait, nil negligere ad inquisitionem veri, tum cognitionem ipsam veri & boni, iudiciaque de illis, itemque decreta firma vitam secundum iudicia illa regendi &c. Haec sane ita comparata sunt, vt aduersus Cartesium turpis atque iniqua videatur Poireti aestimatio declarata, Lib. III. de *erudit. falsa* pag. 322. edit. Francof. & Lipsiae 1694. 8. Non diffiteor autem, merita Cartesii in Physicis, comparanda non esse cum iis, quae in morali doctrina effecit.

iam obseruatum fuit; licet etiam hic in multis propriam sectetur philosophiam. MALEBRANCHII *ethica*, (*s*) quae Roterodami 1684. 12. prodiit sub titulo: *Traité de Morale par l' auteur de la Recherche de la Verité*, Cartesianismo miscet (*ss*) Enthusiasmum, (*t*) iudice THOMASIO in *cautelis circa praecognita iurisprud.* Cap. XIV. §. XXXII. Anonymi *Essay nouveau de morale de l' ame de l' homme*, quod a. 1686. prodiit, ex principiis *Cartesii*, de anima & differentia intellectus puri ac imaginationis, primo immortalitatem animae, tum ex hac atque ex vnione animae cum corpore officia hominis erga Deum, seipsum ac proximum, tam intuitu huius vitae quam futurae, maxima confusione deducit, iudice THOMASIO l. c. (*tt*) Pressius vero neminem in tradenda phi-

(*s*) Conf. *Acta erudit.* A. 1684. pag. 505. seqq.

(*ss*) Ex Cartesii tractatu de *Homine* haud pauca delibauit MALEBRANCHE. Conf. de eo *Nouvelles de la Republique des Lettres*, mense Aug. An. 1684.

(*t*) Vid. Tom. I. Cap. IV. §. III. pag. 268. sq. dicta.

(*tt*) Penitus Cartesii systema assequutus est animo ANTONIVS LE GRAND in *institutionibus Philosophiae*, quippe qui virtutem etiam adpellat firmum propositum ea perpetrandi, quae ratio optima esse docet; atque ex hoc sinu emergunt

 reliqua,

philosophia morali *Cartesii* vestigia secutum esse obseruatum est, praeter auctorem anonymum libri, qui titulo *l' art de vivre heureux*, Parisiis 1692. 12. prodiit, in latinam etiam linguam conuersus, & inscriptus: *Ethica Cartesiana, siue ars bene beateque viuendi, ad clarissimas rationis & sanae mentis ideas, ac solidissima R. Cartesii principia formata*, Halae 1719. 8 editus est; confer *die vermischte Bibliotheque* Vol. II. pag. 154. seq.

§. XIV.

Plures sunt, qui ad nullam certam sectam adligari volunt; atque hi reliquis sunt praeferendi. Est inter hos THOMAS CAMPANELLA, (u) cuius *aphorismi politici, Oecono-*

reliqua, quae ad peculiares huius argumenti quaestiones pertinent.

(u) Titulus operis huc spectantis ita est expressus: *Realis Philosophiae Epilogisticae partes quatuor:* hoc est de rerum natura, *hominum moribus*, *politica*, cui *ciuitas solis* adiuncta est, & *oeconomica*, cum adnotationibus Physiologicis a Tobia Adami nunc primum edita. Quibus accedunt quaestionum partes totidem eiusdem Campanellae, contra omnes sectas veteres nouasque ad naturalem ac Christianam Philosophiam hisce libris contentam confirmandam, Francofurti 1623. 4. Conf. LORENZO CRASSO *Elog. d' Huom. Let.* Part. II. GASSENDVS in *vita Peirescii* passim, FELLERVS in *monumentis ineditis*, XII. N. 2.

conomica item atque *Ethica iuxta doctrinam primalitatum atque Ideam reipublicae, quae Ciuitas solis (v)* ab ipso dicta est, Italice primum conscripta, post latine reddita, sub titulo *philosophiae realis in* IV. *partes sectae*, curis TOBIAE ADAMI Francofurti 1620. 4. prodiit; conf. CYPRIANI *vitam Campanellae* pag. 117. sequ. ARNOLDVS GEVLINX in *Γνωθι σεαυτον siue ethica* sua, per *Philaretum* in lucem edita, Amstelodami 1695. 12. ab Aristotele secessit, (*w*) &, quomodo a se ipso cognoscendo initium fieri debeat, docuit. Accessit in editione recentissima, Amstelodami 1709. 12. excusa, CORNELII BONTEKOE *tract. ethico-physicus de animi & corporis passionibus earumque certissimis remediis*, (*ww*) cum

(*v*) *Ciuitas solis* aliqua ratione conuenit cum Thomae Mori Vtopia, huius tamen ingenium Campanellae antecellit tentamen.

(*w*) Variarum virtutum tamen notas & characteres primus, quod scimus, exposuit; vid. praefatio auctoris, nec non *Tract.* I. Cap. II.

(*ww*) Locum hic occupant *Reflexions nouvelles sur les femmes par Madame la Marquise* DE LAMBERT, Amstelodami 1730. 12. In germanorum vernaculam translatae sunt reflexiones istae a nobilissima variisque sexus sui ornamentis conspicua, CVLMVSSIN, atque impressae auspiciis GOTTSCHEDII, Lipsiae 1731. vid. elogia, in *neuen Zeitungen von gelehrten Sachen*, 1731. Part. II. pag. 558. sequ.

cum ſerie rerum, quae in *ethica* tractantur, (*x*) a IOANNE FLENDERO addita. Prodiit quoque Amſtelod. 1690. *belgica Ethicae Geulingianae verſio*, ab ANTONIO quodam REVSSIO confecta, & noua, qua interpres vſus eſt, orthographia lectoribus ridicula. Ceterum, praeter plures alios, *Spinoziſmi* ſemina in hac ethica diſperſa deprehendit (*xx*) auctor anonymus *van de korten Begrip der Geulingiaenſche Zede-Konſt*, *Groningae* 1722. 4. editae. Confer *die gelehrte Zeitungen* 1723. Num. LXXXIX. pag. 868. ſequ. (*xxx*) Ipſe PHILARETVS *ethicam* ſuam duobus libris comprehenſam poſtea euulgauit Amſtelodami 1696. 8. multis nominibus commendatiſſimam. FRANCISCVS LAMY quoque ſe ipſum cognoſcere docet in libro ſuo, quem inſcripſit *l' art de ſe* *con-*

(*x*) De CORNELIO BONTEKOE obſeruetur, in pretio ſcripta eius eſſe etiam apud Gallos, ibidemque impreſſa II. Vol. 12. Pariſiis 1699. Conf. REIMANNVS Hiſtor. Litter. VI. pag. 936. & *Iournal des Savans* Tom. XXVII. pag. 796.

(*xx*) Conf. *Maendelyke Vittrekſels* An. 1722. Menſ. Mai. POPPO in *Spinoziſm. detect.* 4. §. 52. pag. 62.

[*xxx*] Verum nomen Philareti eſt: RVDOLPHVS RVDOLPHI Theologus Bernas. vide *Bibliothecam Bremenſem*, Claſſe III. pag. 364.

connoitre soi meme, qui prodiit *Parisiis* (y) Ex nostratibus eclecticum egit IOANNES CHRISTOPHORVS BECMANNVS in *Lineis doctrinae moralis de natura moralium variisque eorum casibus*, Francofurti & Lipsiae 1686. 8. (z) Principe autem loco nominandus est CHRISTIANVS THOMASIVS, vir, quemadmodum de vniuersa philosophia, ita potissi-

[y] In VI. Volum. prodiit. Vol. I. & II. 1694. III. & IV. 1697. V. & VI. 1698. Itidem auctus atque emendatus Parisiis 1700. VI. Vol. 12. Exiguum laboris fructum reportauit scriptor ceterum grauissimus.

[z] Inter Anglos delibauit saluberrima moralis philosophiae principia auctor libri inscripti *A Treatise on Virtue and Happinefs*. Londini 1736. 8. Ingenue fatetur ille, se tamquam ex fontibus, ex variis scriptis, hausisse cuncta, quae faciunt ad finem vltimum obtinendum. Tribus vero potissimum capitibus exposuit haec ipsa; Expeditis enim animi viribus atque adfectibus, monstrat felicitatem esse centrum, quo collineent singulae actiones, atque interpretatur tam veri, quam adparentis boni rectam indolem. Tum perturbationum vehementiorum effectus enucleat, nec non sensuum siue inferiorum facultatum sistit naturam & habitus, haud praetermissis obiectis variis, nimirum virtutibus, vitiis, pulchritudine, prauitate reliquisque moralitatem respicientibus notionibus. Media denique prolixe describit, in quibus ratio felicitatis perfectionumque omnium posita est humanarum.

tiſſimum de illa ipſius parte, quae mores format, longe meritiſſimus. (a) Hic enim, poſtquam iam anno 1687. in publico quodam programmate *defectus ethicae Ariſtotelicae* oſtendiſſet, ipſe manus operi poſthaec admouit, & vernaculo ſermone conſcripſit *eine Einleitung zur Sittenlehre*, Halae 1692. 8. (aa) quam quadriennio elapſo ſecunda pars, *die Ausübung der Sittenlehre*, ſequuta eſt. Septies iam recuſus fuit hic liber, in quo amorem rationi conſentaneum fundamentum omnis doctrinae moralis ponit. Sub praeſidio quoque IOANNIS FRANCISCI BVDDEI defenſae ſunt *theſes de naeuis ethicae Ariſtotelicae*, Halae 1698. 4. ipſius vero

[a] Vid. Tom. I. Cap. IV. §. V. not. m. REIMANNVS Hiſt. Lit. *Vol.* IV. *Bücher-Saal* Tom. IV. pag. 178.

[aa] Humanae infelicitatis cauſſam adſignat voluntatem prauam. Hinc adfectus deſcribens, dubium illorum numerum reuocauit ad communem fontem, nimirum ad amorem modo rationalem, modo rationi aduerſum. His ſtabilitis praeceptis, homines omnes in tres claſſes diuidit, nimirum in eos, qui vel voluptati vel auaritiae vel ambitioni indulgent, quibus characteribus placita ipſa ſuperſtruuntur reliqua. Sed gloria inuentionis Thomaſio non adſcribi poteſt, quoniam BONTEKOE de *animi & corporis paſſionibus* & alii mentionem diſcriminis iſtius iniecerunt. Ceterum Thomaſium hac de re diſputantem vid. in *Obſeru. Select.* Tom. IV. Obſ. V. ſqq.

vero *Ethica* primam partem *Elementorum philosophiae practicae* constituit, saepe repetitis vicibus editorum. Celeberrimus auctor medicorum methodo illam absoluit, ita, vt primo de homine, dein de morbis animi, eiusdemque miseria, sanitate mentis, tandem de medelis status corrupti edisserat elegantissime. *(b)* Eandem methodum seruauit VINCENTIVS PLACCIVS *(c) in typo medicinae moralis* Hamburgi 1685. 8. ad quem exstant *accessiones ethicae*, licet non eadem cura omnia absoluerit. Doctissimi Galli IACOBI ESPRIT libellus, *de la fausseté des vertus humaines*, Parisiis & Amstelodami 1709. II. Volum. 8. & alias saepius excusus, in vernaculam quoque nostram translatus, scriptum

[*b*] Conf. Tom. I. Cap. II. §. XVII. Methodum istam medicinalem reiicit cum pluribus aliis NICOLAVS HIERONYMVS GVNDLINGIVS in *Collegio Historico Litterario* Cap. IV. §. XI. pag. 604. edit. Bremae 1738. Non negamus quoque, eam saepe obscuram & difficilem in doctrinis esse moralibus.

[*c*] Rationes huius methodi, quae fuerint PLACCIO, enarrantur in *German. Actis erudit.* Vol. IV. pag. 63. conf. quoque *Acta erudit. lat. Lips.* 1685. pag. 56. sequ. *Typo* isti addita est *Diaeta moralis philosophico-christiana.* Sed plausum insignem haud tulit; ab exteris enim praesertim parui aestimatus est iste labor.

ſcriptum eſt egregium, in quo auctor demonſtrat, pleraque, quae pro virtutibus habentur, non niſi vitia eſſe, atque in fine capitis cuiuslibet, in quo vera virtus conſiſtat, & quibus illa ſeſe prodat indiciis, explicat. (cc) Lege IACOBI BRVCKERI *meditationes philoſophicas de virtute, exemplo Alexandri M. illuſtratas,* Ienae 1720. 4. & adde STOLLII *hiſt. erud.* Part. III. Cap. IV. §. XXXVI. pag. 687. ſ. Augent etiam *Eclecticorum* catalogum, qui merita ſua in eruditam ciuitatem ſimul auxerunt, viri celebratiſſimi: (d) CHRISTOPHORVS HENRICVS AMTHOR, cuius *kurtze Einleitung zur Staats- und Sitten-Kunſt*, Kilonii 1706. 8. exſcripta eſt; FRIDERICVS GENZKENIVS, auctor *der kurtzen Anleitung glückſeelig zu leben*, Kilonii 1708. 8. recuſ. Hamburgi 1732. 8. NICOLAVS HIERONYMVS GVNDLINGIVS

(cc) *L' Ariſtippe moderne* Pariſiis 1738. 12. excuſus, non ſimulatae virtutis, ſed verae, praeceptiones comprehendit.

(d) CHRISTOPHORI HENRICI AMTHORIS, Profeſſoris olim Kilonienſis celeberrimi, *Philoſophia Moralis ſeu doctrina de iuſto, honeſto & decoro,* in *ſchola* propoſita, nunc autem typis exſcripta cura FRIDERICI GERHARDI VOSSII. Lipſiae & Hafniae 1738. 8. impreſſa, his adnumeranda eſt, nec non C. H. HEINEKENII *Pflichten der Menſchen, oder die gantze Moral in ihrem völli-*

GIVS edito paruo quidem, ast elegantissimo libello, quem *via ad veritatem moralem* inscripsit, Halae 1713. 8. (*e*) GEORGIVS ALBERTVS HAGEDORN, a quo habemus *Ethicam tripartitam*, Norimbergae 1715. 8. IOANNES IACOBVS LEHMANNVS, (*ee*) cuius *Neueste vnd nützlichste Art die so genante Morale zu erlernen*, Ienae 1715. 8. prodiit, ibidem 1721. recusa; DANIEL WHITBY, qui *Compendium Ethices*, Londini 1718. 8. edidit. (*eee*) ANDREAS RVDIGERVS, qui *Anwei-*

völligen Zusammenhange Dresdae & Lipsiae 1740. (1739.) 8. Auctor theologiam naturalem, Ius Naturae ac Gentium, Ethicam atque Politicam, breuibus proponit, atque eclectici partes tuetur, modo ad Wolfii, modo ad Thomasii, modo ad Mulleri Gracianum, Bellegardiique scripta prouocans.

(*e*) De GVNDLINGIO etiam ad Tom. I. Cap. II. §. XVII. pag. 128. a nobis disputata nonnulla sunt. Ethicam vero quod attinet, illam comprobarunt lectorum plurimi. Relegit tamen auctor editionem primam; hinc A. 1726. plura in meliorem ordinem redegit, aliqua immutauit, varia detraxit, quaedam addidit vel clariori ratione exposuit Halae 8.

(*ee*) Tom. I. Cap. II. §. XVII. pag. 129. relegi poterit.

(*eee*) Spectant huc IVL. BERNHARD *von* ROHRS *Erleichterte vnd zum Gebrauch des menschlichen Lebens eingerichtete Tugend-Lehre.* Norimbergae 1729. 8. opus praestantissimum. IOH. GOTTLIEB. HEINECCII *elementa philosophiae rationalis*

Anweisung zu der Zufriedenheit der menschlichen Seelen zu gelangen, Lipsiae 1721. & 1726. 8. vulgauit. MARTINVS HASSENIVS, quem *Synopsin Scientiae de prudentia morali vniuersa* scripsisse constat, Vitemb. 1721. 4. (*f*)

§. XV.

Quot partes philosophiae sunt, totidem fecit monimenta perspicaciae suae CHRISTIANVS WOLFIVS. Iam anno huius seculi tertio *Philosophiam practicam Vniuersalem mathematica methodo* Lipsiae concinnauit. Philosophia actiua videlicet, quum nonnullas scientias veluti species sub se complectatur, haud imprudenter speculatus est Wolfius, generis etiam enucleandam esse naturam. Communia igitur atque generalia scrutatus est principia, omnis morum doctrinae; quaeque optime ausus est, deinde fortiter executus. Hinc prouehimur statim

nalis & moralis, Francof. ad Viadr. 1728. 8. de quibus pariter ac reliquis Tom. I. Cap. II. pag. 130. edisserui.

(*f*) In solenne iuerunt seculi argumentum IO. ADOLPHI HOFFMANNI *zwey Bücher von der Zufriedenheit*; quorum quinta editio, eademque correctior Hamburgi prodiit 1731. 8. De aliis generis huius vid. *Journal des Sçavans* mense Decembr. 1738. Num. I. pag. 435. sqq.

tim ad eius *Vernünfftige Gedancken von der Menschen Thun und Lassen, zu Beförderung ihrer Glückseligkeit den Liebhabern der Wahrheit mitgetheilet* 1720. 8. impressas. (g) In hoc opere Ius Naturae a philosophia practica non distinguitur, quum in theoria disciplinarum, quae tamquam partes ad eam referuntur, vna contineatur. (h) Fateor, haud quemquam hoc Wolfio elegantius actionum theoriam adplicatione dispunxisse; sed tamen commode etiam explanari possunt Ethica & Ius Naturae, si a se inuicem secernuntur, eo magis, quum e re tironum saepe sit, si discrimen istiusmodi interpretationi veritatum connexarum adhibetur. Sed haec criticam manum non desiderant; praemium laboris assecutus videbor, si qua in parte potero, neque enim multum a me sperandum est, declarare argumentum libri istius: Primum locum in hoc tenet Philosophia practica vniuersalis, cuius iam iniecta est mentio. Secundum occupant officia

(g) Secunda editio 1722. tertia autem 1728. excusa.

(h) Auctor illustris in *Ratione Praelectionum* Cap. VII. pag. 189. ita se explicat; „ Ius Naturae adeo a philosophia practica distinguere, iuxta me idem est, ac theoriam alicuius disciplinae a praxi, aut si mauis, theoremata a problematibus distinguere &c. „

cia hominis erga se ipsum; tertium officia erga Deum, quartum denique officia erga proximum; (i) Docendi via ac ordine isto, nec planius quidquam aut explicatius est; stabilita scilicet regula: *dirige actiones tuas ad summam tui ipsius aliorumque perfectionem:* (k) inde ratio redditur reliquarum omnium; eo quidem modo, vt praecepta quaeuis ad finem vitae huius vltimum redeant, omnesque actiones suscipiantur ob fines subordinatos, vt inde oriatur consensus adeoque perfectio & pulchritudo vera moralis. (l) Neque posthabuit noster praxeos

(i) Conf. Excellentissimi IAC. CARPOVII *Ausführliche Erläuterung der Wolffischen Vernünfftigen Gedancken von der Menschen Thun vnd Lassen, darinn hauptsächlich dieienigen Stellen, welche Hr. Dr. vnd Prof.* Ioachimus Lange *in seinen philosophischen Fragen vber die sogenannte Mechanische Moral zu bestreiten suchet, richtig erkläret vnd vertheidiget worden sind, nebst einer zweyfachen Vertheidigung der nöthigen Antwort auf die* 130. *Langischen Fragen, ans Licht gestellet* Lipsiae 1735. 4.

[k] Conf. LVDOVICI PHILIPPI THÜMMIGII dissertatio de *principio iuris naturae Wolffiano*. Cassellis 1724.

[l] Ad certamen nihilominus saepe sollicitatus fuit Wolfius ob philosophiae moralis dogmata. Tantum effecit mistus timori pudor, spesque desperatione quaesita aduersariorum. Sed de his & scriptis eo facientibus paullo ante disseruimus;

xeos specialis placita itidem vtilissima scitu. (m) Amplissimum deinde ingressus est campum edito libro s. t. *Philosophia Practica Vniuersalis, methodo scientifica pertractata, pars prior, theoriam complectens, qua omnis actionum humanarum differentia, omnisque iuris ac obligationum omnium principia a priori demonstrantur.* Francofurti & Lipsiae 1738. 4. De differentiis actionum humanarum; de obligatione ac lege naturali; de Deo legis naturae auctore, praemiis & poenis; de virtute & vitio, beatitudine & felicitate hominis; de conscientia atque imputatione morali; de dolo & culpa, in eo tam praeclare differitur, vt magnitudinem ingenii sui summa diligentia metiri auctor videatur. Neque enim ego dubitem de parte secunda huius operis id ipsum affirmare, quae inscribitur: *Philosophia Practica Vniuersalis, methodo scientifica pertractata, pars posterior, praxin complectens, qua omnis praxeos moralis principia inconcussa ex ipsa animae humanae natura a priori demonstrantur*, Francofurti & Lipsiae

mus; addimus modo libellum, cuius inscriptio est: *Vita fata & scripta* CHRISTIANI WOLFII *Philosophi*, edit. Lipsiae & Vratislauiae 1739. 8.

[m] Conf. *Acta Eruditor.* mens. Ian. 1721. Num. IX.

psiae 1739. 4. (*mm*) Generalis actionum humanarum directio; modus consequendi summum bonum & felicitatem vitae huius; conscientiae custodia, culpae euitatio; atque ars coniectandi aliorum animos, enodatur explanaturque in eo ita, vt Wolfio cuncta sint simillima; id quod alibi (*n*) a nobis fuse fuit declaratum. Peruestigabit exarabitque Wolfius pari, hoc est indefesso studio & capaci ingenii vi, reliquas morum scientias, adeoque istis egregiis scriptis futurae praelusit doctrinae. Ex Wolfii fontibus sua irrigarunt arua quoque nonnulli. Praeter eos, quorum nomina indicauimus, (*o*), moralem philosophiam stilo signauit doctissimus vir, HENRICVS ANDREAS WAGNERVS in *ersten Gründen der Weisheit vnd Tugend*, *oder gründliche Vorstellung derer vor-*

[*mm*] v. *Acta Erud. Germ. Part.* CCXXVIII. Num. I. pag. 837.

[*n*] In diarii nostri *Abriss vom Neuesten Zustande der Gelehrsamkeit* dicti Parte IX. Num. IV. Ceterum alia exstant moralia scripta auctoris huius, quae reperiuntur in Tomo V. *der gesammleten kleinen philosophischen Schrifften Herren Wolffs, welche aus den lateinischen übersetzet, auch mit nöthigen vnd nützlichen Anmerckungen versehen sind von* I. F. H. *Pr. d. Ph. z. B.* Halae Magdeburgicae 1739. 8. titulo inscriptus est annus 1740.

[*o*] vid. Part. I. Cap. II. §. XVIII. pag. 132. sqq.

vornehmsten philosophischen Wahrheiten, als eine Anleitung zu einem vernünfftigen, tugendhafften vnd glückseeligen Leben. Wormatiae 1731. (*p*) Praecipue autem *Disciplinae Morales omnes, etiam eae, quae forma artis nondum huc vsque comparuerunt, perpetuo nexu traditae* sunt *auctore* ISR. GOTTLIEB CANZIO P. P. O. Lipsiae 1739. 8. In praefatione, vir bonis artibus serio compositus, titulum defendit magnificum, pariter ac multiplicatum disciplinarum numerum. Sed quilibet facile permittet, singula v. c. Iurisprudentiae naturalis capita nominibus peculiaribus insigniri, speciemque scientiae a reliquis diuersae aucupari. In ea est sententia excellentissimus Canzius: Tot in quoque rerum genere disciplinas constituendas esse, quot nempe rerum scientiis obiectarum, principes adinueniantur respectus: id adsertum si rite sese habet, infinitae adhuc formandae sunt disciplinae. Non negamus foecunditatem principiorum moralium; addique posse varias nondum exploratas veritates; vix vero tempero mihi, quin pronunciem, nos non egere istiusmodi institutis, quae diuellunt atque separant doctrinas ex prin-

[*p*] Praestat editio 1736. excusa.

principiis iisdem emergentes siue connexas. Merita interim auctoris perexirnii, decoris ingeniis interpretanda commendamus. (*pp*)

§. XVI.

Alii solum circa doctrinam *de affectibus* (*q*) fuerunt occupati. Commendandus ideo est Laelii Peregrini *de noscendis & emendandis animi affectionibus* tractatus, qui Vrsellis 1603. 8. prodiit, *Argentorati* recusus 1614. 8. & recentissime Lipsiae 1714. 8. Praecipue

(*pp*) Disciplinas sequentes, praeliminari discursu de actione morali praemisso, delineauit Canzius: Iurisprudentiam Naturalem generatim; Theologiam Naturalem; Ethicam; Iurisprudentiam naturalem oeconomicam; Iurisprudentiam publicam vniuersalem in ciuitate; Iurisprudentiam priuatam vniuersalem in ciuitate; Iurisprudentiam ecclesiasticam vniuersalem publicam; Iurisprudentiam ecclesiasticam vniuersalem priuatam; Iurisprudentiam gentium; Iurisprudentiam Diuinam positiuam vniuersalem; Prudentiam politicam; Prudentiam oeconomicam; Prepologiam. Agmen claudit appendix compendioli metaphysicae moralis.

(*q*) Vtramque hic facit paginam inter Anglos Dr. Yovng's in *true Estimate of Human Life*, cuius editio tertia Londini prodiit 1731. Add. Pierre le Moyne in *Peintures morales*, Tom. IV. Paris. 1640. & 41. Georg. Philipp. Speltens *Curieuser Affecten-Roman*, Norimbergae 1724. 8.

cipue illud inter alios egerunt multi ex Gallis; quo faciunt *les Charactères des Passions* MARINI CHARAEI *de la* CHAMBRE, Parisiis 1662. 4. & Amstel. 1658. 12. qui, licet Aristotelis sectetur philosophiam, multa tamen proposuit haud contemnenda circa characteres affectuum. (*r*) Idem egit IO. FRANCISCVS SENAVLT *de l' vsage des Passions*, Parisiis 1668. 12. quem postea in anglicum sermonem transtulit HENRICVS, Comes MONMOVTHIVS. (*s*) In *ethica* BENEDICTI de SPINOZA exstat quoque eiusdem tractatus *de origine & natura affectuum*, item *de seruitute humana*, seu *de affectuum*

(*r*) NICOLAI COEFFETEAV *tableau des passions humaines* adscribatur, & DV MOVLIN *Exemplar Morum.* PASCHALII *Charactères Virtutum & vitiorum.* SCIPIO CLARAMONTIVS *de coniectandis cuiusque moribus.* IACOBVS ABBADIE in libro: *L' art de se connoitre soi même*, & indicati supra §. XIV. CORNELII BONTEKOE tract. ethico-physicus de *animi & corporis passionibus, earumque certissimis remediis.*

Amor atque odium, duo principia affectuum communia, a plerisque salutantur scriptoribus. Sed reduci ad vnicum fontem possunt, nempe ad philautiam, siue ad studium felicitatis nostrae. Si quid recte enim iudico, obseruatur tantum adplicatio eiusmodi appetitus, quae variis insignitur cognominibus, si de diuersis obiectis quaestio instituitur.

ctuum viribus, Amstelodami 1677. 4. qui tamen, vti alia eiusdem, aeque corruptus est, & cum iudicio legendus. Lege REIMANNI *hist. theol. Iudaicae* Lib. I. Cap. XVIII. §. XLIV. pag. 645. sequ. & cl. viri IOANNIS GEORGII WACHTERI *Spinozismum im Iudenthum*, Part. III. Cap. XXII. collat. MORHOFII *Polyhist.* Tom. I. Lib. I. Cap. VIII. §. XV. pag. 72. sequ. & Tom. III. Lib. V. pag. 47. (*t*) Addimus tractatum Mr. NICOLE *de la volonté de ses principales actions, de ses passions, & de ses egaremens divisé en cinq parties, à Paris* 1684. 12. licet eundem non debite absoluerit. (*tt*) Vt taceam CARTESIVM, AVGVSTINVM MASCARDVM, cuius *de affectibus & perturbationibus animi* dissertationes Parisiis 1639. 4. vul-

(*t*) Editio optima Ethicae a Spinoza confectae prodiit Amstelodami 1709. 12.

(*tt*) Animaduersione dignissimus est in Philosophia pariter ac Theologia morali PIERRE NICOLE; saepius enim prelis renouatus est liber: *Essais de Morale*: tredecim volumina in 12. complectens; inserta sunt omnibus editionibus duo fasciculi epistolas comprehendentes, qui etiam separatim prodierunt. Ipsum opus vero non Nicolium solum, sed LANCELOTVM etiam ex parte conscripsisse, constat. Conf. *Histoire de la Vie & des Ouvrages de M. Nicole*, edit. Parisiis 1733. 12. in qua permulti morales libelli acutissimi viri illius indicantur.

vulgatae ſunt, alioſque (*u*) ſupra memoratos. ANT. LE GRAND vero, Carteſianus, cum librum *l' homme ſans paſſion*, Hagae 1662. 12. inſcriptum componeret, ad Stoicorum caſtra (*uu*) tranſiit. Addendi his adhuc veniunt ALOYSII LVISINI *de compeſcendis animi adfectibus per moralem philoſophiam & medendi artem* libri III. Venetiis 1561. Baſileae 1562. 8. & recentiſſime Argentorati 1713. 8. OCTAVII BRANCIFORTII *de animorum perturbationibus* partes duae, Catanae 1642. fol. ARNOLDI WESENFELDII *Georgica animi & vitae, ſeu pathologia practica, moralis nempe & ciuilis, ex phyſicis vbique fontibus repetita*, Francofurti 1695. & 1712. 4. (*v*) IOANNIS WOLFGANGI TRIERII *kurtze Fragen von denen menſchlichen Gemüths-Bewegungen, vnd von denen menſchlichen Neigungen*, Lipſiae 1708. 12. & alii, quos dabunt STOLLIVS

(*u*) Pictorum decus CAROLVS LE BRVN *differens Caracteres des Paſſions* ad viuum expreſſit, varioſque animi motus lineis, manu ingenio inſtructiſſimo edocta, deſcripſit.

(*uu*) Nonnulli ANTONII LE GRAND errores redarguuntur in *Vnſchuldigen Nachrichten* An. 1712. pag. 210. ſqq.

(*v*) De WESENFELDII ſcriptis vid. IOANNES GEORGIVS MICHAELIS in *Muſeo Bremenſi* Volum. I. Part. I. pag. 151.

LIVS in *hist. erudit.* Part. III. Cap. IV. §. XXXVII. pag. 688. sequ. & celeb. WALCHIVS in diss. *de arte aliorum animos cognoscendi.* (*w*)

§. XVII.

Sunt praeter hosce, qui a monitis, quae praescribunt, necessariis, dicuntur *paraenetici.* Facit huc ex antiquis ISOCRATES in *cohortationibus ad Demonicum*, quae ex editione *Henrici Stephani* prodierunt Parisiis 1593. f. Pertinent ad hanc classem etiam illi ex parte, qui *gnomas* & *sententias morales* veterum philosophorum congesserunt, de quibus supra §. III. fuit dictum, & praecipue gnomae ethico-politicae, (*ww*) nec non P.

(*w*) CHRISTIANI GOTTLIEB KONGEHLS Dissert. *de temperamentorum infirmitate, & exigua in moralibus vtilitate* edit. Regiom. 1721. 4. & IO. DAN. MVLLERI, Helmstadiensis Rectoris clarissimi, programma de *potioribus mouendorum affectuum rationibus* edit. 1733. 4. addantur. Conf. *Hamburgische Berichte* A. 1733. pag. 292.

(*ww*) Lectio DIONYSII CATONIS, qui *Disticha de Moribus, ad filium* scripsit, recreat multos. Cum scholiis Erasmi, notis Scaligeri, Opitii, Barthii, Daumii, Wachii, & Metaphrasi Graeca Planudis, Zuberi, & Mylii, prodierunt Vltraiecti ad Rhenum 1735. 8. Accessere M. Z. BOXHORNII Dissertatio, & H. CANNEGIETERI

P. SYRI & L. SENECAE *sententiae aureae*, recensente IANO GRVTERO: accedunt *gnomae paroemiaeque Graecorum & prouerbia Germanica, Italica, Belgica, Gallica, Hispanica*, Francofurti 1610. 8. recus. Lugduni Bat. 1708. 8. lege STOLLII *hist. erudit.* Tom. III. Cap. I. §. XL. pag. 603. & §. XLII. pag. 605. Congessit istas gnomas *Gruterus* ex Manuscriptis, ad ordinem alphabeticum, qui etiam notas adiecit largiores atque egregias, in quibus istas auctoritate historicorum atque philosophorum veterum elegantissime illustrat. Exstat etiam (x) MICHAE-

TERI Rescripta Boxhornio de Catone. Curante OTTONE ARNTZENIO, qui suas adnotationes adiecit. Liquido habemus compertum, censoriam falcem expertum esse librum illum Catonis, & BOXHORNIVM inprimis parui eum habuisse; CANNEGIETERVS autem longe dissentiens, apologiam exarauit, in qua de nominibus, aetate & stilo Catonis, quaestio instituitur; ac solide vbique fere diiudicatur; & quis est, qui non cum fructu aliquo iuuentutis Catonem perlegi, sentiat? Quod reliquum est, Scriuerii editio Amstelodami 1646. inpressa typis renouari meruit; prima autem omnium esse videtur 1523. die 1. Augusti Louanii excusa. FABRICIVS in Bibliotheca Latina de posterioribus editionibus tantum iniecit mentionem.

(x) Edebantur etiam PAVLI WINCKLERI *gute Gedancken.* *Görlitz* 1686. 12.

CHAELIS NEANDRI *gnomologicum graecolatinum*, Basileae 1564. 8. & eiusdem *Ethice vetus & sapiens veterum latinorum sapientum*, Lipsiae 1590. 8. *Paraeneticos* veteres cum notis edidit MELCHIOR GOLDASTVS, Insulae 1604. 4. Eminebant olim in hac parte *Stoici*, atque potiores epistolae SENECAE, (*xx*) inprimis epistola XCV. huc referri merentur. Ex recentioribus (*y*) GVILIELMVS MECHOVIVS integrum systema *ethicae paraeneticae* edidit Francofurti 1671. 8. in quo sub suis titulis, iusto ordine paraeneses ad virtutem ex optimis auctoribus

(*xx*) LVCILII ANNAEI SENECAE sententiose dicta, ex libris eius, quos iniuria temporum nobis inuidit, excerpta vid. in *Seminario Philosophiae Stoicae* IOANNIS BAPTISTAE BERNARDI pag. 73. sqq. edit. 1605. fol. in officina Iacobi Stoer, & Franc. Fabri Lugdunensis.

(*y*) Qui theologiam moralem pariter ac philosophiam enodarunt scriptores huc referimus. Sigillatim adiicimus varios libellos insertos operi, quod titulum fert: *Gesammlete Moralisten Bibliothec von auserlesenen kleinen moralischen Schrifften, mehrentheils aus dem Englischen übersetzt, Leipzig vnd Görlitz* 8. 1738. Praefatus est summe venerabilis abbas MOSHEMIVS; Vol. II. ibidem eodemque anno prodiit. Vol. III. autem 1739. vt & Vol. IV. licet in titulo huius, annus 1740. compareat. Vol. V. & VI. per idem tempus exierunt e prelo.

ribus collegit. Pertinent huc (*yy*) etiam vel maxime *Galli* ſcriptores *des Maximes Morales*, (z) quorum numerum vix ineas. Imo huc quoque pertinet IANI GRVTE-
RI

[yy] *Nouveaux dialogues des Dieux* edit. Coloniae 1713. 8. huius loci ſunt. Conf. *Iournal Litteraire* Tom. I. pag. 107.

[z] Iſtiusmodi generis exemplum exſtat in *Amuſemens Litteraires Moraux & Politiques* Artic. VII. pag. 241. ſeqq. edit. poſter. Berolin. 1739. 12. In *Bibliotheque de Campagne, ou amuſemens de l' Eſprit & du Coeur*, edi coepta Hagae comitum 1735. plura etiam moralia capita huius ordinis ediſſeruntur; inprimis vero M. GAYOT DE PITAVAL e memoriae theſauris moralia depromere conſueuit in *Bibliotheque des gens de Cour*, in qua mutauit recognouitque librum antea a ſe editum ſ. t. *Heures perduës du Chevalier de Rior*. Tum publici iuris fecit *Les Saillies d' Eſprit*, nec multo poſt *L' Art d' orner l' Eſprit en l' amuſant.* Denique autem ESPRITS *des Converſations agreables, ou nouveau Mélange des penſées choiſies en vers & en proſe, ſerieuſes & enjouëes, & de plusieurs traits d' Hiſtoire curieux, intereſſans, d' anecdotes ſingulieres, d' Hiſtoriettes inſtructives & de remarques critiques ſur pluſieurs Ouvrages* Pariſiis prodierunt 1731. 12. in III. Vol. Conf. *Iournal des Sçavans Septembre* 1731. pag. 76. ſqq. Probatur etiam maxime opus a *Mr.* LE NOBLE editum ſ. t. *Le Degout du monde par maximes & reflexions morales & politiques, tirées de l' Ecriture ſainte & d' autres livres de pieté*, cuius editio ſexta Pariſiis prodiit 1739. 8.

RI *index ethicus in Ciceronem*, in quo Ciceronis paraeneses ad virtutem reperiuntur. SIMONIS GOVLARTII *philosophia morum historica*, Geneuae 1594. 8. non, quod titulus polliceri videtur, ad *ethicas paradigmaticas*, de quibus §. XIX. differetur, referenda est; sed locum ille potius inter collectores gnomarum sibi poscit, iudice PASCHIO *de variis modis moralia tradendi* Cap. V. §. VI. Nostro aeuo meruit singularem applausum serenissimi principis IOANNIS NICOLAI ALEXANDRI MAVROCORDATI, Wallachiae Woiuodae, περὶ καθηκόντων, *de officiis* liber, graece primum a. 1720. & biennio post cum latina versione STEPHANI BERGLERI elegantissima Lipsiae in 4. excusus. vid. *Act. erudit.* 1720. p. 385. sq. & 1722. pag. 331. (zz)

§. XVIII.

(zz) In anglico scripto: *The posthumous Works of* WILLIAM WYCHERLEY *Esq; in prose and verse. Faithfully publish'd from his Original Manuscripts, by Mr.* THEOBALD. *In two parts. To which are prefixed some memoirs of* WYCHERLEY'S *life, by Major* PACK edit. Londini 1728. sub finem partis primae, CCCVIII. Reflexiones morales leguntur vtilissimae. Plagii autem omnino accusandus est auctor, dum ex illustris DE LA ROCHEFOVCAVLT libro, ingentem earum numerum desumserit, ne nomine quidem Rochefoucaultii adiecto.

§. XVIII.

Paraeneticis adnectendi sunt, qui *adagia* collegerunt, (*a*) quum in iisdem contineantur multa praecepta salubria ad virtutem. (*aa*) De horum *collectoribus* videndus est REIMANNVS in *hist. erud. German.* Vol. IV. pag. 679. seqq. Praecipuae sunt ERASMI ROTERODAMI *adagiorum chiliades,* (*b*) diuersis vici-

(*a*) SENECA *Epist.* 94. hunc modum mores praecipiendi, apud veteres maxime vsitatum, vocat traditionem per *oracula, & praecepta carmini intexta, aut in sententiam coarctata.* Conf. IAMBLICHVS Lib. II. Cap. XX.

(*aa*) Prouerbia atque effata eius generis, ratiociniorum loco adhibentur ab iis praecipue, qui litterarum steriles sunt. Conf. ANDREAS RÜDIGERVS *de sensu veri & falsi* Lib. III. Cap. I. §. XXXVII. not. x. pag. 446. sq. & Lib. II. Cap. X. pag. 402. in nota.

[*b*] Propositiones morales eaeque vniuersales, nonnullis instantiis obnoxiae, prouerbia vocantur; si vsum obseruamus loquendi. Erasmus autem celebre dictum scita quapiam nouitate insigne quoduis, hoc nomine insignire consueuit. Varia hinc in Erasmi collectione occurrunt, quae titulo non respondent, si adagii vocabulum strictissimo sensu esset accipiendum. Vid. Io. CLERICVS in principio Commentarii ad prouerbia Salomonis. Prodiit autem haec translatio & notae Clerici cum reliquis libris *Hagiographis* Amstelodami 1731. Vid. porro *Maximes sur le ministère de la chaire, & discours académiques, par feu le* R. P.

vicibus editae (c) atque in certos titulos digestae, CAROLI BOVILLI *prouerbia*, IO. ALEXANDRI BRASSICANI *Symmicta*, MARSILII COGNATI, VICTORIS GISELINI, HADRIANI IVNII, M. ANTONII MVRETI, (cc) ADRIANI TVRNEBI, POLYDORI VERGILII & IOANNIS VLPII *adagia*, quae omnia coniunctim prodierunt Francofurti 1670. fol. (ccc) *Epitome* vero *adagiorum Erasmi* prodiit Wittebergae 1616. 8. Ex antiquis habentur MICHAE-

LIS

R. P. GAICHIES, *prétre de l' Oratoire* & *membre de l' Academie de Soissons*, Dissert. X. edit. Parisiis 1739. 12.

[c] Vid. Praefatio Tomi II. operum Erasmi, in quo adagia continentur edit. a IOANNE CLERICO Lugduni Batauorum 1703. Conf. *Bibliotheque choisie* Tom. I. pag. 391. & *Elementa* nostra *Logicae Probabilium* Sect. I. Cap. II. §. LXXXIII. pag. 71. sqq.

(cc) MVRETI exstat memoria in IMPERIALIS *mus. histor.* pag. 108. & CLARM. Tom. I. pag. 78.

(ccc) In colligendis symbolis atque adagiis industriam quoque posuerunt CLAVDIVS MINOR, LILIVS GYRALDVS, FRANCISCVS BERNIVS, PHILIPPVS BEROALDVS, CAELIVS CALCAGNINVS, IOACHIMVS CAMERARIVS, THEODORVS MARCILIVS, MICHAEL NEANDER, PETRVS NEEDHAM, DANIEL OMEISIVS, CONRADVS RITTERSHVSIVS, GEORGIVS LVDOVICVS HAMBERGERVS; permulti alii, quos recensere non attinet. Vid. THEODORI CRVSII *Symbolotheca docta siue gnomae symbolicae* pag. 4. edit. Lipsiae 1721.

LIS APOSTOLII *paroemiae* seu *prouerbia*, quae ex graecis auctoribus is collegit, atque *Ἰωνιας* seu *Violarii* titulo insigniuit, in compendium fusa primus publicauit ANTONIVS HERVAGIVS Basileae 1538. 8. post haec PETRVS PANTINVS, *Tiletanus*, integri harum *Paroemiarum* codicis possessor factus, latine conuertit, atque cum suis, *Andreae Schotti* atque *Dauidis Hoeschelii* notis Lugduni Batauorum 1619. 4. vulgauit. Denique etiam *Daniel Heinsius* Apostolio edendo operam commodauit, atque 1653. ibidem *Pantinianam* editionem suo studio magis exornatam iterum prelo subiecit. Confer quae suo merito iam nobis commendata est, celeb. BOERNERI diss. *de graecarum litterarum in Italiam altera migratione*, vbi Michaelis Apostolii vita enarratur §. VIII. *(d)*

§. XIX.

Alii, per *exempla* melius ethicam explicari posse putantes, ad eadem colligenda se

(*d*) De Salomonis prouerbiis ad §. I. capitis huius pag. 13. disputauimus; quae HEGESIPPI temporibus *Sapientiae vniuersalis* titulo ornabantur, fatente EVSEBIO l. c. Lib. IV. C. XXII.

se applicuerunt. (*dd*) Prae caeteris hoc egit IOANNES CONRADVS DVRRIVS in *ethica* sua *paradigmatica*, Ienae 1670. 8. qui tamen simul praecepta iunxit. Plures fuerunt, qui solum sub virtutum titulo *exempla* certa adlegarunt. (*ddd*) Ex antiquis habemus VALERIVM MAXIMVM, qui nouem libris *dicta & facta memorabilia* veterum Grae-

(*dd*) PLVTARCHVS in *Vitis Parallelis* & *moralibus* hic omne fert punctum. Farragine enim sententiarum multarum, lectorem non tenet, sed exempla virtutum & vitiorum praecipua depingit. Vsum etiam exemplorum pulchre adhibitum reperimus in *Cyropaed. Xenophont.* §. XVIII. Morum doctores eundem retinuisse plures, obseruat I. TH. C. P. P. P. T. in *Philosophiae Wolfianae* ex Graecis & Latinis auctoribus illustratae, maxime secundum animae facultatem cognoscendi, *consensu cum Theologia*, per praecipua fidei capita pag. 217. sqq. edit. Francofurti & Lipsiae 1737. 8.

(*ddd*) Quid ratio praescribat recta de vsu exemplorum, in Logicorum scriptis proponitur prolixe. Iis sane vis maior inest, quam euidentibus ratiociniis, si videlicet cum rudibus litterarum agitur. Add. Elementa *Logicae Probabilium* nostra Sect. II. Cap. III. §. CLXXIX. sqq. ARISTOTELES *Rhetor. pri.* AMMONIVS in *Porph. quinque voces* IOAN. GRAM. in *pri. prior. cap.* I. Conf *Seminarium Philosophiae Aristotelicae* a IOANNE BAPTISTA BERNARDO collectum Tom. I. pag. 481. edit. 2. in fol.

Graecorum Romanorumque ſub certis titulis, quorum plerique ad moralia faciunt, deſcripſit. Elegans praeter alias eſt editio, quae cum eruditis notis *Antonii Thyſii* prodiit ex officina *Hackiana*, Lugduni Batauorum 1670. 8. & cum notis *Iuſti Lipſii*, Antwerpiae 1592. 8. Imitatus hunc fuit BALTHASAR EXNERVS *de Hirſchberga* in *Valerio Maximo chriſtiano*, qui prodiit Hanouiae 1654. 8. in quo ſolum exempla a chriſtianis petita videmus adducta. (*e*) Eiusdem *Valerii* exemplum ſecuti fuerunt varii. (*ee*) BAPTISTA FVLGOSVS quidem, dux Genuenſis, ſub finem ſeculi XV. in exilio *dictorum atque factorum memorabilium libros* IX. ſcripſit *ad Petrum filium*, quos ex Italico in latinum ſermonem transtulit CAMILLVS GHILINVS, atque edidit Mediolani 1508. f. & Baſileae 1541. f. Optima vero eſt editio *Iuſti Gaillardi*, Pariſiis 1589. 8. Multa in eo reperitur exemplorum copia, vt quaſi ſupple-

(*e*) Non contemnenda ſunt, quae de exemplis ad animum reuocauit VOETIVS Part. IV. Diſp. Select. pag. 125.

(*ee*) Prouerbia WIPONI & moralia praecepta in vſum Henrici imperatoris Conradi filii ſcripta, vid. in *Veterum Scriptorum & monumentorum Hiſtoricorum, Dogmaticorum, Moralium ampliſſima collectione* Tomo IX. publicata ab EDME MARTENE & VRSIN DVRAND Pariſiis 1733. fol.

supplementum *Valerii Maximi* videri possit. Nemo facile ignorat THEODORI ZWINGERI (*f*) *Theatrum vitae humanae, omnium fere eorum, quae in hominem cadere possunt, bonorum atque malorum exempla historica, ethicae philosophiae praeceptis adcommodata, & in* XIX. *libros digesta*, (*g*) *comprehendens*, Basileae 1565. fol. Ex eiusdem fontibus MARCVM ANTONIVM SABELLICVM (*h*) & IOANNEM BAPTISTAM (*i*) EGNATIVM, qui alias quoque ex *libris exemplorum* clari sunt, agros suos irrigasse cum ZWINGERO testatur VOSSIVS *de historicis latinis*, Lib. III. Cap. VIII. pag. 612. (*k*) Ad eiusdem exemplum M. MARVLLI, Spalatensis, *dictorum factorumque memorabilium libri* VI. exstant, Coloniae

[*f*] Vid. THOV & TEISSIER Tom. II. pag. 101.

[*g*] CONRADVS LYCOSTHENES theatri huius vitae humanae appellari meretur auctor, Zwingerus enim eius opus recognouit, atque in iusta capita & sectiones diuisit. Vid. NAVDAEVS in *Crenii Methodor.* P. I. 507.

[*h*] De MARCO ANTONIO SABELLICO vid. Jo. PETR. VALERIANVS de *Litter. infelic.* Lib. I. pag. 292.

[*i*] Conf. THOV & TEISS. Elog. Tom. I. pag 74.

[*k*] Exemplis egregiis praecepta moralia stabiliuntur etiam in *Essais sur la Necessité & sur les moyens de plaire, à Paris* 1738. 12. formandis moribus iuuentutis apprime inseruientia; Conf. *The History of the Works of the Learned for April* 1738. Art. XXIX. pag. 305. sqq.

niae 1609. 8. quae ex Scriptura S. Patribus & vitis sanctorum digesta, multa saepe, quae Pontificiis magis arrident, habent intermixta. *(bb)* IANI NICII ERYTHRAEI siue IOANNIS VICTORII ROSSII *(bbb)* *exempla virtutum & vitiorum* exstant Coloniae 1644. 8. Vt taceam ANDREAE HONDORFFII *promtuarium exemplorum*, auctum & latine versum a *Lonicero*, Francofurti 1607. fol. IOANNIS MANLII *locos communes ex Melanchthonis ore & scriptis collectos*, Basileae 1600. 8. aliosque, *(i)* qui sub aliis titulis exempla historica congesserunt, qui huc possint accommodari, de quibus in Bibliotheca

(bb) Iungatur BALTHASAR EXNERVS, qui IX. libros quoque *Dictorum factorumque memorabilium* posteris reliquit; nec non SIMON GOVLARTIVS in *Morum Philos. Histor.* & Io. SCHEFFERVS in *Memorabilibus exemplis Suecicae gentis.*

(bbb) Siue IOANNES VINCENTIVS DE RVBRIS dictus; characteres morales feliciſſime depinxit, exemplis permultis tam Italorum, quam exterorum propositis. Censuram quidem quorundam incurrit, quia obscurorum in litterario orbe hominum interdum mores ab eo fuse adumbrantur. Horum omnium ipse testis est MARESIVS Lib. II. Epist. XXVII. sed virulenter nimis eum carpit.

(i) Plura leges in CHRISTIANI SAMVELIS MARTINI Differt. de *Vi siue efficacia exemplorum.*

theca historica. Addi adhuc possunt ERASMI IOANNIS BROCHMANDI *Specimen ethicae historicae*; & IOANNIS ADAMI WEBERI *annulus memoriae ethico-politico-historicus*. Salisburgi 1679. 4. IOANNIS IACOBI BEVRERI *ethicam historicam*, (i) Hanouiae 1621. 8. memorat STOLLIVS.

§. XX.

Elegantissima ethicae pars est *characteristica*. (ii) Potiores ex antiquis partes hic facit THEOPHRASTVS, cuius *characteres seu notationes morum* graece & latine cum scholiis *Claudii Auberii* prodierunt Basileae 1582. 8. postea cum versione *Isaaci Casauboni*, Lugduni 1612. 8. recusi Helmstadii 1686. 4. (iii) Recentiorem *characterum* THEOPHRASTI editionem clar. *Freytagio* debe-

(i) Exemplorum naturam penitius inspexerunt BOECLER in *Historia schola principum*, CELLARIVS in *Program.* pag. 38. PASCHIVS de *variis modis moralia tradendi* pag. 455. DAVID. CHYTRAEVS de *lectione historiarum recte instituenda*, praemissa Chronologiae Herodoti & Thucydidis, edit. Rostochii 1673. 8.

(ii) Qui characteres hominum describunt philosophi, quantum subeant periculum, venuste ostenditur Tom. II. pag. 57. libri dicti: *Le Philosophe Nouvelliste traduit de l' Anglois de Mr. Steele par* A. D. L. C. Amstelodami 1735.

(iii) *Angeli Politiani* cura, Theophrasti characteres recusos esse, alii affirmant, alii negant; ii quidem vere,

debemus, qui illam ad PETRI NEEDHAMI exemplum *Cantabrigiae* 1712. 8. typis expressam, resectis Is. CASAVBONI *notis* & IACOBI DVPORTI *praelectionibus*, edi curauit Lipsiae 1727. 8. In Gallicum sermonem hosce characteres transtulit IOANNES DE LA BRVYERE, sub titulo: *Les caracteres de Theophraste, avec les caracteres, ou les moeurs de ce siecle, à Paris* 1700. 8. II. Vol. Addidit autem *Bruyere* etiam *characteres nostri seculi*; (*k*) quare *anonymus* quidam

vere; prodierunt enim non solum, sed emendati etiam sunt opera Morelli 1583. 4. Conf. MAITTAIRIVS in *Annal. Typogr.* Tom. III. pag. 787. & incomparabilis vir FRIDERICVS OTTO MENCKENIVS in *Historia vitae & in Litteras meritorum Angeli Politiani, ortu Ambrogini*, edit. Lipsiae 1736. pag. 163.

(*k*) Seculi huius anno 1738. Amstelodami prodiit *l' Homme & le Siecle, ou diverses Maximes & Sentences critiques & morales, sur les differens Caracteres de l' un & de l' autre, par Monsieur* P. 8. qui liber Bruyerii exprimere debet imitationem, sed offendunt lectorum animos ingenii auctoris siccitas aliaeque sordes complures, quibus scatet. Conf. *Nouvelle Bibliotheque ou Histoire Litteraire des principaux Ecrits qui se publient. Decembre* 1738. Num. I. pag. 243. sqq. Eiusdem notae est liber dictus: *L' Amour magot, Histoire merveilleuse; Les Tisons; & Lettres écrites des Campagnes infernales.* Londini 1738. 8. cuius auctor in parte secunda Bruyerium sequitur, licet non passibus aequis.

dam ſub titulo : *ſentimens critiques, ſur les caracteres de Mr. de la Bruyere, à Paris* 1701. 12. ipſum refutauit, atque hauſiſſe eum ſua ex ſcriptoribus quibusdam haud ita recentibus demonſtrauit. Durius etiam a perſonato MARVILLIO acceptus eſt in *Melanges de Litterature* Tom. I. pag. 325. Praeſtantiſſima vero libri illius eſt editio, quae tribus vol. Amſtelodami 1720. 12. prodiit. (*l*) Primo tomo comprehenduntur ipſius THEOPHRASTI *characteres* in gallicam linguam transfuſi, & BRVYERII *characteres ou moeurs de ce ſiecle*, ſecundo & tertio *Suite des characteres*, cui vltimo acceſſit *Defenſe de Mr. de la Bruyere & de ſes caracteres, contre les accuſations & les objections de Mr. de Vigneul Marville par Mr.* COSTE, & clauis characterum. Prodiit quoque *Suite des Caracteres de Theophraſte, à Paris* 1700. 12. quod pro labore *de la Bruyere* venditauit bibliopola, compertum vero fuit, auctorem eſſe LVDOVICVM ALEAVME, Aduocatum Rothomagenſem, licet aliqua contineat, quae adhuc

(*l*) Editio Londini 1731. prioribus auctior auſpiciis COSTE impreſſa eſt. Recentiſſima vero exiit e prelo in II. Vol. Amſtelodami 1733. 12. opera M. COSTE. Acceſſit defenſio Bruyerii & characterum eius a Coſtio ſuſcepta contra M. DE VIGNEVL MARVILLE.

adhuc vſui eſſe poſſunt. Addimus *le Theophraſte moderne*, *à Paris* 1700. 12. qui characteres continet recentiores; verum pleraque ex aliis fuere depromta. *(m)* Proſtant quoque CAROLI PASCHALII *(mm) characteres virtutum & vitiorum*, Pariſiis 1615. 8. LVDOVICI MOLINAEI *exemplar morum & characteres*, ibid. 1654 12. IOSEPHI HALLI *(n) characteres virtutum & vitiorum*, Geneuae 1628. 12. & IOACHIMI PASTORII *characteres virtutum.* Exſtant etiam illuſtriſſ. Comitis Schaftsburienſis *Characteriſticks of Men, Manners, opinions and Times, (o)* Londini 1715.

(*m*) DIODORVS TVLDENVS in vtiliſſimo libro de *cognitione ſui*. RICHTERVS in *obſtetrice animorum* itidem conſulantur.

(*mm*) CHARLES PASCHAL *Cenſuram* quoque *animi ingrati* aliosque morales libros compoſuit, vid. *Hiſt. Eccleſ. d' Abbeville* & infra Cap. III. §. vltimus.

(*n*) IOSEPHI HALLI *characteres* in vernaculam tranſlati ſunt ſ. t. *Kennzeichen der Tugenden vnd Laſter*, Bremae 1696. 12. Seneca Angliae alias dictus eſt venerabilis auctor, ob ſtili morumque grauitatem. Laudes inſignes eum comitantur in GERARD. BRANDT *Hiſtoria Reformationis* Tom. II. pag. 22. & paſſim.

(*o*) Editio quinta correctior prioribus in III. Vol. 8. Londini 1733. excuſa eſt.

1715. III. Volum. 8. vid. *hist. critique de la Republique des lettres* Tom. X. Num. XIII. (*p*) Plures characterum scriptores inter Gallos recensuit FABRICIVS *bibl. graec.* Lib. III. Cap. IX. pag. 241. sequ. IOANNIS HENRICI BOECLERI autem *characteres politici in Velleio Paterculo expositione quadam demonstrati,* Argentorati 1642. & 1672. 8. exigui pretii esse aestimantur, conf. ill. THOMASII *cautelas circa praecognita Iurispr.* Cap. V. §. LXXXIX. pag. 105.

§. XXI.

Isti quidem THEOPHRASTVM fuerunt imitati, in depingendis variis hominum characteribus. Illorum vero fontes aperuerunt haud pauci. Inter veteres iamdum GALENVS singulari libello egit de eo, *quod mores temperamentum sequantur hominis*, (*q*) qui inter alia eius exstat. Ex recentioribus

SCI-

(*p*) Qui res gestas stilo signarunt scriptores, characteres morum saepe eleganter exposuerunt; quos inter CLARENDONII Rebellionis Angliae Historiam & Collectionem variorum opusculorum, BVRNETI Historiam sui temporis, THVANI nec non RABVTINII opera fouent eruditi omnes.

(*q*) Parisiensis editionis insertus est Tom. V. Basileensis autem Tom. I. Praestat exemplum Parisiense.

SCIPIO CLARAMONTIVS inter primos haberi debet, cuius *de coniectandis hominis moribus & latitantibus cuiusque affectibus* liber (r) Helmstadii recusus cura H. *Conringii* est 1664. 4. Hic autem potissimum ex astris atque externis aliquot signis ingenia diiudicare docet. (s) Secutus illum fuit EDO NEVHVSIVS, cuius *theatrum ingenii humani, seu de hominum cognoscenda indole & animi secretis*, prodiit Amstelodami 1633. 8. & 1648. 12. & HERMANNVS FOLLINVS, qui scripsit *modum cognoscendi naturam humanam siue mores & temperamenta hominum, vsque ad intimos animorum secessus, methodo Aristotelis illustratum*, Coloniae 1649. 12. Vtrique tamen longe post *Claramontium* sunt habendi. (t) Egregii alias sunt LVDOVICI MOLI-

(r) Prodiit Venetiis 1625. 4. Conringii auspiciis recusus est vtilissimus liber, antea inter rariores numeratus.

(s) Io. SIGISMVNDVS ELSHOLTIVS etiam in *Anthropometria* ex proportione omnium corporis membrorum coniecturas deducere adnititur.

(t) Non promptus ingenio tantum, sed vsu etiam hac in re exercitatus videtur M. PECQVET, qui in *Pensées diverses sur l' Homme* Parisiis 1738. 8. editis, catalogum caracterum hominis egregie texit, vt & plura moralis philosophiae capita. Mentio de eo fit in *Iournal des Sçavans* mense Mart. 1739. Num. III, pag. 326. sqq. Nu-

MOLINAEI *characteres*, in diuerſis linguis excuſi, in quibus *Theophraſtum* imitatur; & IOACHIMI PASTORII *characteres virtutum*, nec non *de la* CHAMBRE *Paſſiones animi*, *(u)* qui tamen omnes generales nimis ſunt. Nemo ignorat CHRISTIANI THOMASII (*v*) *Wiſſenſchafft, das Verborgene des Hertzens anderer Menſchen auch wider ihren Willen aus der täglichen Conuerſation zu erkennen*, *Halle* 1691.

per quoque concinna methodo, Gallis vſitata, conſcriptus liber prodiit: *Entretiens vtiles & agreables, avec des Hiſtoires amuſantes & des remarques ingenieuſes ſur les Paſſions des Hommes.* II. Tom. in 12. Amſtelodami 1737. tabulis aeneis additis: Morum vero grauitas haud ſemper obſeruata eſt ab auctore.

[*u*] Inter Anglos in hoc ſtudio nomen meruit D. YOVNG in libro inſcripto: *a true eſtimate of human Life*, tertia huius operis editio Londini 1731. impreſſa fuit. Vide quoque *Penſées choiſies ſur divers ſujets de Morale, tirées des plus excellens Auteurs*, Paris. 1734. 12. & *Penſées du Pere* BOVRDALOVE, e ſocietate Ieſu, *ſur divers ſujets de Religion & de Morale*, Pariſiis in III. Tomis in 12.

(*v*) Thomaſii primum ſcriptum, hic memorabile, fuit: *Vorſchläge einer neuen Erfindung, nemlich die Wiſſenſchafft das verborgene des Hertzens anderer Menſchen auch wieder ihren Willen aus der täglichen Conuerſation zu erkennen.* Reperitur in *denen kleinen teutſchen Schrifften* Num. VI. pag. 450.

1691. 8. (w) Haec autem melius adhuc declarauit, cum ei *Ioannes Fridericus Mayerus* & *Wilhelmus Ernestus Tenzelius* (x) de eo litem mouerent, *in der weiteren Erleuterung durch vnterschiedene Exempel des ohnlængst gethanen Vorschlags, wegen der neuen Wissenschafft, anderer Menschen Gemüther erkennen zu lernen*, Halae 1692. 8. recus. 1711. 8. vbi ex variis exemplis pleraque in cognoscendis tribus hominum vitiis, ambitione, voluptate & auaritia, in quantum amori puro obstent, consistere, probauit. Confer huc cel. FRIDER. MENZII diss. *de temperamentis*, (y) Lipsiae 1712. & IO. DANIEL LONGOLII

(w) Sane caput exserere coepit haec doctrina, auctore THOMASIO. Conf. GODOFREDVS ZENNERVS *im Frühlings-Parnaß, oder Abhandelung viertzig galanter vnd gelehrter Curiositäten, meist nach ietziger Zeit neuesten Begebenheiten An.* 1692. N. XXXIX. pag 171.

[x] TENZELIVS in *Colloqu. Menstr.* Ann. 1692. Mens. Mart. pag. 218.

[y] Huc spectant etiam Differt. FRIDER. HOFMANNI *de temperamentis fundamento morum & morborum in gentibus*, Halae 1705. & DAN. ERN. STAHLII *de temperamentis* philos. physiognomico-pathologico-mechanica enucleatio, Halae 1697. 4. Io. GEORGII LEVTMANNI commentarius germanice scriptus, cui titulus est: *Nosce te ipsum & alios*, recusus 1723. M. GOTTFRIED

GOLII librum *der wahrhaffte Temperamentist* inscriptum, qui ibidem 1716. 8. excusus est. *Historiam doctrinae de temperamentis* prolixa eademque erudita dissert. sub praesidio *Buddeano* enarrauit cel. IAC. CARL. SPENERVS, Halae 1704. Locum denique inter scriptores characteristicos minime infimum sibi vindicat generosissimus IVLIVS BERNARDVS A ROHR; scripsit enim *Vnterricht von der Kunst der Menschen Gemüther zu erforschen*, (z) Lipsiae 1714. 8. contra quem monuit nonnulla auctor doctissimus *der neuen Bibliothec*, Part. XXXVIII. Num. III.

§. XXII.

Gentium diuersarum *characteres* detexerunt omnes fere, qui politicum statum descri-

BÜRGEL denique idem argumentum persecutus est, Lipsiae 1737. 8.

(z) Idem vt euincat, anonymus ingenii neruos intendit in libro: *l' Art de connoitre les Femmes, avec une Dissertation sur l' Adultere, par le Chevalier Plante-Amour*, Hagae Com. 1703. 8. sed vitiorum historiam potius continet hoc opus, quam artem characteristicam sequioris sexus. Nolo iterum omnia ad viuum resecare, legatur capitis huius §. XV. Vberiorem argumenti nostri auctorum catalogum contexere studuit GEORGIVS PASCHIVS in Dissert. de *Philosophia Characteristica & Paraenetica* Kilonii 1705. 4. habita.

ſcribunt, quum ex iis de ipſa reipublicae ratione haud incertum fieri poſſit iudicium. Egit illud quoque SAMVEL PVFFENDORFFIVS (*a*) in *introductione* ſua, ad finem cuiuslibet capitis, vbi de ſtatu nationis agit. Separatim Io. BOEMVS *mores, & ritus omnium gentium* deſcripſit, Lugduni 1582. 12. qui tamen perbreuis eſt, hodie parum vtilis. (*b*) Praeſtat longe IOANNIS BARCLAII *icon animorum*, Londini 1624. 4. & cum notis *Augusti Buchneri*, adiecto rerum indice per *Ioannem Fridericum Heckelium*, Dresdae 1681. 8. In germanicum illum ſermonem transtulit MARTINVS OPITIVS, ſub titulo: *Spiegel menſchlichen Gemüths*, Bremae 1660. 12. Exſtat etiam germanica libri verſio a IOANNE SEYFARTH Vlmenſi confecta, & Bremae 1649. 12. edita, in qua tamen integrae

[*a*] De Samuele Puffendorfio vid. I. C. NEMEITZ, viri excellentiſſimi *Vernünfftige Gedancken über allerhand hiſtoriſche critiſche vnd moraliſche Materien, nebſt verſchiedenen dahingehörigen Anmerckungen* Part. I. Num. VII.

(*b*) NICOLAVS HIERONYMVS GVNDLINGIVS in *Otiis* Part. I. Cap. I. *von den Temperamenten der Spanier &* Cap. II. *von der Antipathie der Spanier vnd Frantzoſen*; *wider Monſ. Bayle*, acceuſeri meretur.

grae interdum BARCLAII paginae omittuntur. Lege cl. FELLERI *monimenta inedita*, Trimeſtri X. pag. 538. ſequ. (c) & *Acta philoſ.* Part. IV. Diſſ. I. §. XXX. pag. 623. Elegans eſt HENRICI FRIDERICI OTTONIS breuis commentatio *de ingeniis, moribus & ſtudiis praecipuarum Europae gentium,* (d) Francofurti & Lipſiae 1718. 4. maioris operis

(c) BALBINO iudice, *Veriſimil.* Cap. V. pag. 111. Barclaius ad imitationem Heliodori Aethiopic*ωv* conſcripſit.

(d) En M. Io. SCHMIDIVM in tractatione ad virum admodum reuerendum &c. PETRVM ECKMANNVM, M. Phil. *de ingeniis Suecorum ad ſtudia natis factisque* differentem, Ienae 1735. 4. PHILIPPVM FRIDERICVM HANE, Hiſt. Eccl. & Ciuil. P. P. O. in Academia Kilonienſi, in *Tentaminibus Philoſophiae eclecticae*, Num. IV. exhibentem *Commentationem de ingeniis gentium borealium philoſophicis*, contra HEVMANNVM noſtrum excellentiſſimum, edit. Kilonii 1729. Locum hic tenet etiam *Recueil de Pièces curieuſes ſur les Matieres les plus intereſſantes, par* ALBERT RADICATI, *Comte de* PASSERAN, Roterodami 1736. 8. pag. 168. ſeqq. *Lettres ſur les Hollandois*, auctore A. F. C. Francofurti ad Moen. 1735. 8. VOLTAIRE *Lettres ſur les Anglois.* Auctor *Litterarum Iudaicarum* paſſim idem egit. Legantur porro *Lettres ſur divers ſujets, pour former une perſonne dans le ſtile epiſtolaire, par Mr. de* GRIMARET, Volum. II. in cuius ſecunda parte edit. Pariſiis 1729. gentium

operis ἀποσπασμάτιον, quod vir aliquis eruditus titulo *operis historici de praecipuis totius orbis regionibus* concinnauit, & quod auctor huius commentationis MStum possidet, integrum aliquando, quod pollicetur, publicandum. Huc etiam faciunt *les Portraits de la Cour de France & les Caracteres differens des femmes du Siecle, avec la description de l' amour propre, contenant les Caracteres des Coquettes, Bigottes, Spirituelles,* licet auctores non vbique veris inhaeserint fundamentis.

§. XXIII.

Huc etiam faciunt, qui *de ingeniorum delectu* egerunt. Qualis est IOANNES HVARTVS in *scrutinio ingeniorum*, (*d*) quod IOAN-

tium variarum continentur characteres, sed indulget vnice amori erga patriam harum epistolarum editor.

[*d*] Famam hoc libro magna ex parte decoxit HVARTVS; dum animae facultates modo minus recte a se inuicem secernit, modo vnam eandemque diuidit veluti diuersas. Multum etiam a verae rationis sensu elabitur, describens methodum, qua liberi, capaci ingenii vi pollentes, a parentibus queant creari. Inter optimas editiones refertur Coloniensis 1610. impressa. Legi potest BAILLET in *Jugemens des Savans sur les Crit. Histor.* Tomo II. Part. I. pag. 272. sqq. Eundem

IOANNES CAESAR *Halensis*, sub nomine AESCHACII MAIORIS ex Hispanico in latinum sermonem transtulit, Lipsiae 1622. & Ienae 1663. 8. vbi diuersi mores gentium non solum considerantur, sed etiam, quaenam ingenia ad singulas studiorum partes magis sint apta, exponitur. (e) Gallica lingua legitur a quodam D'ALIBRAY transfusus, & duobus tomis in 12. editus. Contra hunc *Huartum* egit ANTONIVS POSSEVINVS in suo *de cultura ingeniorum* libello, qui seorsim Coloniae 1610. 8. prodiit, post haec tomo I. *Bibliothecae selectae* insertus, in quo multa Iesuitarum principia in formanda iuuentute stabiliuntur. Tertius accessit

dem fere errorem errat CLAVDIVS QVILLET, quippe qui sub nomine CALVIDII LAETI ridiculum carmen cecinit: *Caltipaedia seu de pulchrae prolis habenda ratione poema didacticon, ad humanam speciem belle conseruandam adprime vtile*, impressum Lugduni 1655. 4. recus. 1656. Parisiis; in posteriori editione autem multa reiecta sunt; ea praecipue, quae contra *Mazarinum* eminentissimum praesulem acrius dicta erant in priori. Quis vero libellum aestimabit, qui a morum castitate & veritate plane discrepat? Summam eius exhibent *Menagiana* Tom. III. pag. 232. sqq. *Parnasse François* edit. in fol. pag. 267. sqq.

(e) ANTONII ZARA *anatomia ingeniorum & scientiarum* vsui esse potest, pariter ac MORHOFIVS Lib. II. Cap. I. *Polyhist.*

fit Gallus, vtrumque Italum & Hispanum superaturus, IORDANVS GVIBELLETVS in *examine examinis ingeniorum*, quod Parisiis prodiit 1631. 12. Fuit etiam aliquis Hispanus OLIVARIVS, cuius dissertationem *de ingenio* saepius commendat Io. BAPTISTA DV HAMEL, conf. PHILIP. FRIDER. HANII comment. *de ingeniis gentium Borealium philosophicis* Cap. I. §. III. pag. 4. Addimus VALENTINI HENRICI VOGLERI tractatum *de naturali in bonarum doctrinarum studia propensione, ingeniorum delectu & hodiernis studiorum corruptelis*, Helmstadii 1672. 4. qui tamen physicus potius est, nisi quod de studiorum corruptelis moneat adcurate. Huc etiam facit elegantissima dissertatio Io. FRANC. BVDDEI *de cultura ingeniorum*, Halae 1699. 4. saepe admodum recusa, in qua de iis, qui ad studia potissimum apti sint, agit, (*f*) quibus modis ingenium excolatur, tradit, & regulas quasdam in studiis instituendis perutiles adnectit.

(*f*) M. SAM. FRID. WEIZMANNI Differt. de *ingenio ad philosophiam apto*. Ienae 1712. eruditissimi IACOBI APINI Diss. de *felicitate ingeniorum tardiorum*. Io. CHRIST. LANGII *Protheor. eruditionis* Cap. IX. pag. 491. adponere libet.

ctit. Prodiit quoque IOANNIS PHILIPPI TREVNERI (g) *prodromus scrutinio ingeniorum praemissus*, Ienae 1691. 4. quae dissertatio est ingeniosissima, potius ad illos directa, quibus aliorum studia scrutari competit, quam ad ipsos studiosos, ipsum tamen *scrutinium* nunquam est editum. Incidit propterea in controuersiam cum WILH. ERN. TENZELIO, de qua vide *colloquia menstrua* 1692. pag. 235. & 654. sqq. Commendanda etiam est cel. WALCHII (h) commentatio germanica *de ingenio philosophico*, Ienae 1723. 8. (i)

§. XXIV.

(g) Innumera fere congessit requisita Treunerus, scrutinio ingeniorum ex mente eius maxime inseruientia, quibus vero quum forsan haud vllus polleat mortalium, non miramur discessisse ab eius sententia plurimos. Generatim autem de illo nonnulla tradidit FABRICIVS in *Historia Biblioth. Fabric.* P. IV. pag. 382.

(h) Eiusdem summi viri WALCHII Dissertatio: *de arte aliorum animos cognoscendi* edit. 1723. non parum haec illustrat, & MELISSANTIS *Curieuser Affecten-Spiegel, oder auserlesene Cautelen vnd sonderbahre Maximen die Gemüther der Menschen zu erforschen*, Francofurti & Lipsiae 1715. 8. quo nomine Io. GODOFREDVS GREGORII latet.

(i) Qui partim in obliuionem abierunt scriptores alii, enarrantur a Io. ALBERTO FABRICIO *Biblioth. Gr.* Lib. III. Cap. IX. pag. 241.

§. XXIV.

Alia eſt methodus eorum, qui imperfectam dicunt moralem diſciplinam, niſi *ex ſacris litteris* compleatur, atque ad verum vſum transferatur. (*k*). Plerique quidem ſunt ex recentioribus, qui ethicam ancillam eſſe debere dicunt Theologiae, ex naturae tamen praeceptis moralia deducunt. Alii vero, ſingula cum Scriptura S. conferentes, ethicas chriſtianas ſcripſerunt. LAMBERTVS DANAEVS illud egit in *ethica* ſua *chriſtiana* (*l*) Geneuae 1614. 8. HIERONYMVS DANDINVS in *ethica ſacra*, Caeſenae 1651. f. (*m*) PETRVS PLATEANVS in *Opuſculis*,

(*k*) Lege Io. DAVID. BAIERI diſſ. En ipſum titulum: *Deliquia Theologiae gentilis circa poenitentiam ſiue conuerſionem*, & Io. FRANC. BVDDEI diſſ. de *καθαρσει Pythagoraeo-Platonica* inſertam *Analectis* loco decimo. Add. Io. IAC. LEHMANNVS in *Phil. Mor.* Sect. II. §. XIV.

(*l*) Ethicam leuiter tantum attigit Danaeus, nec approbationem opere ſuo mouit; iura tamen diuina ab eo ex parte enodata eſſe, decalogi ordine obſeruato, eſt qui neſciat nullus; notabilis ceterum propter confuſionem diuinorum humanorumque ſcitorum.

(*m*) Antwerpiae 1676. in fol. etiam prodiit DANDINI opus, quod multo labore ei non conſtitiſſe videtur. SIMON ſigillatim de eo egit, in praefatione ad librum a Dandino ſcriptum: *Miſ-*

 ſione

sculis, seu *libris* III. *de recto vsu philosophiae moralis cum doctrina christiana collatae*, Geneuae 1587. 8. vbi accedit opusculum *de ratione viuendi secundum cuiusque vocationem.* Idem egit VINCENTIVS PLACCIVS *de fructu praecipuo philosophiae moralis genuino*, (*n*) Helmstad. 1676. 8. Addendus his venit ANTONIVS WALAEVS, auctor *compendii ethicae Aristotelicae ad normam veritatis christianae reuocati*, Lugduni Bat. 1625. Amstelodami 1686. 8. saepiusque alibi excusi. GEORGII GRABOVII *ethica christiana, in vsum renatae eiusdemque studiosae adolescentiae conscripta*, Berolini 1698. 12. (*o*) secundum edita; MELCHIORIS SYLVESTRI ECKARDI *Ethica christiana*, Vlmae 1651. 8. & IO-

ANNIS

sione Apostolica al Patriana de Maroniti del monte Libano, quem Gallice reddidit SIMONIVS Parisiis 1685. 12.

(*n*) Philosophiae moralis fructus praecipuus est, [vti titulus loquitur] agnoscere illius ope, philosophiam non sufficere beatitudini solidae vlli constituendae, nedum acquirendae; reuelationem vero diuinam ei necessariam, certisque signis, in sola religione christiana deprehendendis, a falsa qualibet superstitione distinctam non posse non existere. Accessit oratio inauguralis de *Iuuene Philosophiae practicae auditore*.

[*o*] Quae commendat praecepta GRABOVIVS, ita comparata sunt, vt theologiae moralis doctrinas vnice fere collustrent.

ANNIS PIKERI *Aretologia christiana, praeeunte potissimum scriptura sacra adornata*, cum praefatione b. PHIL. IAC. SPENERI, Francofurti 1681. 12. exscripta, non ad hanc classem pertinent, vid. cel. BVDDEI *Isagogen*, Libr. II. Cap. IV. §. VII. pag. 656. s. (*p*) Germanico vero idiomate *Ethicam christianam* scripsit IOANNES ROTHMALERVS, editam a filio IO. ELIA ROTHMALERO 1675. 8. Maioris molis est IOAN. REINHARDI *systema virtutum theologicum*, Ienae 1689. 4. eadem lingua editum. (*q*) Ex *Socinianis* exstat IOANNIS CIRELLI, siue CRELLII, *ethica christiana*, seu *explicatio virtutum ac vitiorum, quorum in sacris fit mentio, Selenoburgi apud Asterios*, sine die & consule,

[*p*] BVDDEI *Institutiones Theologiae Moralis* Prolegom. §. XXXVI. pag. 24. sq. euoluantur etiam, qui vt solet, in sententiam mitiorem flectit omnia.

[*q*] CONRADVM ASLACHVM in *ethica Mosaica*, atque alios si enarrarem, actum profecto agerem, quum BVDDEVS in *Introduct. ad philos. Ebraeorum* §. LIII. not. pag. 476. & REIMANNVS in *histor. litter. German.* Part. III. Sect. II. pag. 590. eos indicauerint. Addantur anonymi *Reflexions on man, and his relations to other Beings*, quo iudice cognitio sui ipsius fluit ex theologiae & religionis fontibus vnice. Sed limites diuersarum disciplinarum non parum conturbantur ab eo. Edit. Londini 1733. 8.

fule, 4. (r) Ibidem impressa fingitur eiusdem *Ethica Aristotelica ad sacrarum litterarum normam emendata*, quae tamen cautum requirit lectorem. (s) CRELLII vita operibus *Bibliothecae fratrum Polonorum* insertis praefixa, & apud SANDIVM in *bibliothec. Antitrinit.* pag. 115. legitur. ADRIANVS COQVIVS in *Obseruationibus critico-sacris in* N. T. *codicem*, qui agit *de philosophia morum*, *ethicam sacram* ex fundamentis theologicis (t) petit, Lugduni Bat. 1678. 4. HENRICVS MORVS quoque varia discrimina (u) inter ethicam & christianam philosophiam demonstrauit in *compendio* suo *ethices*. Optimus vero hac in parte est HENRICVS ERN-

[r] Amstelodami 1650. & alibi excusa. Vita Crellii vero praefixa est editioni Ethicae Amstelodamensi An. 1681. 4. nec non in *Bibliotheca fratrum Polonorum* reperitur, vti auctor monet, a D. IOACHIMO PASTORIO conscripta.

[s] Socini placita interdum occurrunt hoc in libro, sed quantum differunt a vera morum philosophia?

[t] SEBASTIANVS FRANCVS, *ducentis & octuaginta paradoxis ex sacris litteris collectis* 1559. idem est molitus; sed obliuione scriptum illud fere sepultum est.

[u] Vid. CHRISTIANVS WOLFIVS *von dem Vergnügen, welches man aus der christlichen Tugend verspüret*. Tom. V. *der gesammleten kleinen philosophischen Schrifften* pag. 571.

ERNSTIVS, (v) cuius *introductio ad veram vitam*, Amſtelodami 1649. 8. edita, hac in parte prae reliquis eſt commendatiſſima. (w)

§. XXV.

Alii moralem diſciplinam cum *iurisprudentia* docent iungere. Inter hos praecipuus eſt IOANNES SCHILTERVS in *manuductione* ſua *ad philoſophiam moralem*, (x) Ienae 1676. 8. edita, licet methodo Ariſtotelica incedat. Idem praeſtitit quoque IOANNES EICHELIVS in libro, *de iure, quo naturaliter liberi ac parentes ſibi inuicem ſunt obſtricti*, Helmſtadii 1655. 4. & VINCENTIVS TVRTVRETVS in *collationibus doctrinae moralis cum decretis ICtorum*, Pariſiis 1634. 4. Huc

[v] ERNSTIVS de *vera Philoſophia* commentatus quoque fuit, fatente BARTHOLINO de *Scriptis Danorum* pag. 53.

[w] Mittimus philoſophos confuſioni ſimillimos, conf. vero REIMANNVS in *Hiſtor. Litter. Germ.* Part. III. ſect. II. pag. 590.

[x] Summa imis miſcuit SCHILTERVS, in hac manuductione ſua, in cuius iudicio plurimum alias ponendum eſt; etenim diſciplinarum diuerſarum plane principia confundit; & Ariſtotelis moralia reiecturus, meris verbis defungitur, nec ipſe rationibus communit meliora.

Huc quoque ſpectant LAVRENTII ARNOLDI *collatio philoſophiae moralis cum iure ſcripto*, 1606. 4. (y) ANDREAS KREBS *de cognatione philoſophiae & Iurisprudentiae*, Regiomont. 1609. 4. FRANCISCI IVLII CHOPPII *philoſophia Iuris vera, ad duo capita de poteſtate & obligatione vniuerſum Iurisprudentiae ſyſtema referens*, Lipſiae 1650. 4. IOANNES EISENHARD *de vſu principiorum moralis philoſophiae in iure ciuili condendo & interpretando*, (z) Helmſtadii 1676. 4. De nexu autem philoſophiae moralis & iurisprudentiae praeſtantiſſima quaeque monuit BOETIVS EPO, in eleganti oratione *de Romanae perfectaeque Iurisprudentiae fructibus genuinis*, Duaci 1564. 8. primum exſcripta, & nuper demum Lipſiae in 8. cum alia eiusdem

[y] Haud feliciter ceciderunt ſcriptorum horum taxilli; etenim iureconſulto eadem opus eſt moralis doctrina, quae aliis eruditis addiſcenda; fruſtranea igitur erit peculiaris. Et ſane vix vllus librorum in hoc §pho enarratorum recreabit lectores peritos; hinc ſicco pede potius praetereundi.

[z] Eiſenhardi principiorum moralis philoſophiae ad ius ciuile adplicatio, Ariſtotelem vbique redolet; calles vero Ariſtotelis veſtigiis non tritos, Romanorum legibus praeformantibus omnia, ipſe auctor interdum ingreſſus eſt, ſed merito ſuo virgula cenſoria vbique fere notandus.

dem auctoris *de titulis Academicis* oratione, LOTTERI excellentissimi cura recusa.

§. XXVI.

Praeter hosce habemus alios, qui magis *ad praxin* ducunt, atque *modum conuersandi* hodiernum praescribunt. (*a*) Extat egregius &

[*a*] Anglorum Diaria huc faciunt non pauca; ita passim in *Spectator*, quem maxima ex parte prudentissimo Addisonio & Richardo Steelio debemus, qui & in Gallorum sermonem fuit translatus, Amstelodami 1716. & 1718. nunc autem in vernaculam germanorum, reperiuntur omnium manibus terenda. In *Tattler*, Londini 1709. impresso, i. t. *Tattler redivived by* ISAAC BICKERSTAFF *Esqu.* agendi principia pleraque etiam praescribuntur. *The Crafftsmann* finistre persaepe iudicat, nihilominus collectus in VII. Tom. in 12. recusus est 1731. & sub hoc titulo deinde continuatus. Exstat quoque *Religio Bibliopolae* e Anglorum idiomate in Germanicum translata Curiae 1729. 8. quo in libro passim debellantur errores morales. Eius generis est *A View of the Town, or memoirs of London, in which is contained a diverting Account of the Humours, Follies, Vices &c. of the famous Metropolis, intermixd with many satyrical and humourous songs.* Londini 1731. Reliqua quae moralia dixeris iure, sunt: *The political State of Great Britain*; *Reads Weekly Journal*; *Grubstreets Journal*; *the British Journal*; *the free Briton*; *the Daily Post*; *the Daily Courant*; *the Daily Post-Boy*; *The Daily Jour-*

& repetita editione dignissimus de hoc argumento libellus, inscriptus : *Conuersatio, seu praecepta, in quibus ratio tractandi negotia, & inter homines versandi modus traditur.* Augustae Vindelicorum 1624. 12. ex *Anonymi* Itali Italico exemplo illum *Anonymus* transtulit,

Journal; *the London s' Evening Post*; *the Londons Journal*; *the White - Hall Evening Post*; *the Evening Post*. Licet enim relationes tam publicae quam priuatae iis instillentur animis, nihilominus etiam prudentiae & sapientiae semina interspersa sunt; quamquam mentis aciem illorum auctorum praestringant interdum animi impetus vehementiores. *Le Philosophe Indigent*, cuius CHARLES DE MARIVAUX auctor est, & imprimi coepit Parisiis 1728. huius classis est, sed nugas & crepundia immiscet; hinc acerbe perstringitur ab auctore libri, cui index: *Dictionaire Neologique*. Ceterum *La spectatrice* Parisiis 1731. 8. excusa est. *Le Pour & Contre*; *Ouvrage periodique d' un gout nouveau. Dans le quel on s' explique librement sur tout ce, qui peut interesser la curiosité du Public en matiere des Sciences, d' Arts, de Livres, d' Auteurs, &c. sans perdre aucun Parti, & sans offenser personne. Par l' Auteur des Memoires d' un homme de qualité.* Parisiis 1733. prodiit. De negotiorum naturis dispexit huius libri auctor, & in fauorem sui multos pertraxit, quem Societati Benedictinorum, Congregationi S. Mauri addictorum, esse adscriptum comperi; Londini fuit compositus, sed Parisiis deinde impressus. Itidem Parisiis *L' Observateur*, *Ouvrage polygraphique & periodique*, edit. 1736. & *Essais Hebdo-*

tulit, concinno satis puroque stylo vsus. Facit huc, qui *de ciuilitate morum* scripsit ERASMVS ROTERODAMVS, quem legere iunioribus potissimum conuenit. (*b*) Saepius

Hebdomataires sur plusieurs sujets importants, par M. DVNVY, Parisiis 1731. exierunt. Ex successu eorum animum sumsere Germani. Eminet inter hos *der Hamburgische Patriote*, omnibus satis notus; typisque renouatus 1739. vt & *der allgemeine und alles verbessernde Patriot*, qui 1728. singulis hebdomadibus iuris factus est publici; & eodem anno *die Matrone*. Hamburgi quoque prodiit *der alte Teutsche*, in quo diario morum sanctitas maiorum celebratur, atque antefertur nostrae viuendi rationi, Hamburgi 1730. 8. Lipsiae autem conscriptus libellus fuit f. t. *Leipziger Socrates*, cuius exstant LII. partes. In Suecia *Argus* celebratur, in germanorum idioma versus, huius auctor dicitur clarissimus DALIN; Excepit illum ibidem: *Argus philosophicus*, de quo vid. *Hamburgische Berichte von den neuesten gelehrten Sachen, auf das Iahr* 1755. pag. 672. *Sedolärende Merkneius*, seu *der Sittenlehrende Mercurius*, cuius exstant II. Tomi, Holmiae 1731. Mittimus reliquos; sed omni animi contentione commendamus *die vernünftigen Tadlerinnen*; impress. 1725. & 1726. recus. Lipsiae 1738. (vid. *Acta Erudit. Teuton.* Part. CXIII. Num. II. pag. 295. & Part. CXXIV. Num. V. pag. 299.) nec non *den Menschenfreund*, Hamburgi nuper conscriptum, vt & *den Freymäurer* Lipsiae per idem tempus in lucem emissum.

(*b*) Erasmi Vitam, scripta, & iudicia de eo exposita leges Tom. I. operum, quae Lugduni ab anno

pius editus est elegantissimus hic libellus, & in neminis fere non manibus versatur. BERNARDI HENRICI *Scholia ad Erasmum de ciuilitate morum*, Rostochii 1632. 8. memorat STOLLIVS Hist. Erud. Tom. III. Cap. III. §. VII. pag. 660. STEPHANI GVAZZI (c) *de mutua & ciuili conuersatione libri* IV. optima editio prodiit Venetiis 1589. 8. itidem in latinam linguam ab HENRICO COGGEMANNO conuersi prodierunt Coloniae 1585. 8. (d) Satis notus est IOANNIS DELLA CASA *Galateus*, (e) *seu de morum*

1703. vsque ad annum 1706. auspiciis IOANNIS CLERICI impressa sunt X. Tom. fol. Praestat sane haec editio, quam descriptam vide in *Bibliotheque Choisie* Tom. I. Artic. IX. pag. 380. & Tom. V. Artic. III. pag. 145. vbi de vita Erasmi commentatur Clericus. Add. eiusdem *Bibliothecae Selectae* Tom. VI. Artic. I. pag. 7. vsque ad pag. 238. & Tom. VIII. Artic. V. pag. 229. Consulatur etiam FABRICIVS in *Historia Bibliothecae Fabricianae* Parte I. pag. 359.

(c) De GVAZZIO vid. *Istoria della volgar Poesia* Tom. IV. pag. 48. IARKIVS *Hist. Acad. Ital.* pag. 11.

(d) Leges vtilia de conuersatione in OSTERVALDI *Traité des sources de la Corruption. Source* VI.

(e) Haud quidquam vel vtilius, vel pulchrius, vel denique dulcius a Casa fuit concinnatum, libro, cuius index: *Galateo, owero de' Costumi.* Gallice versus est Parisiis 1678. 12. interprete DV HAMEL

rum honestate & elegantia, inter *monumenta latina* Florentiae 1576. 4. Hanouiae 1610. & Halae 1709. 4. cura ill. GVNDLINGII recusus, legendus. (*f*) *Vitam* CASAE etiam scripsit auctor recensionis nouae, quae Florentiae 1707. 4. prodiit *Operum Casae* editionis, in *Giornale de Letterati d' Italia*, Tom. IV. pag. 164. adde HIERONYMI GHILINI *Teatro d' huomini letterati*, Tom. I. pag. 79. edit. Venet. 1647. 4. Illa, quae STOLLIVS l. c. de FRIDERICI DEDEKINDI (qui *Prouerbia Salomonis* etiam *carminibus latinis elegiacis* expressit, Magdeburgi 1562. & 1574. 8.) *Grobiano*, eiusque editionibus (*g*) & versionibus differit, suppleri possunt ex FELLERI *monimentis ineditis*, Trimestri VII. pag. 470.

HAMEL s. t. *Galatée, ou l' art de plaire dans conversation*. Ne dicam de aliis translationibus. Abbas ANTONINI autem, amicus noster certissimus, opera omnia Casae edidit s. t. *Prose & Rime di Messere Giovanni della Casa. Edizione nuova, riveduta & corretta*. in 12. Parisiis 1727.

(*f*) CASAE liber prelo subiectus quoque est a NICOLAO FIERBERTO in Italorum idiomate Patauii 1728. 8.

(*g*) *Grobianus* & *Grobiana* ex prima editione Francof. ad Viadrum 1549. 8. ex secunda vero eademque correctiori Francof. 1551. 8. deinde Colon. 1558. 8. Francof. 1558. & 1584. 8. recus.

470. Inter recentiores varia sunt scripta, quae heic adnotari possent. (*b*) Atque Galli

(*b*) Percurramus catalogum aliorum scriptorum: *The Moralist a philosophical Rhapsody, being a recital of certain conversations, upon natural and moral subjects*, edit. Londini 1709. *The plain Dealer, being select essais on several curious subiects*, Londini 1730. II. Vol. in 8. in hac collectione de amicitia, matrimonio, amore, poesi, historia &c. agitur, & Decori habetur ratio; sed interdum pugnare auctor videtur cum laruis, classicumque cum scepticis canere contra veritatem; dum honestatis & moralitatis omnis vim in opinionibus hominum positam esse, adserit. Perlustrentur *Dialogues Critiques & Philosophiques, par M. l' Abbé de* CHARLE - LIVRY, Amstelodami 1730. 12. nec non *Le Monde fou preferé au Monde sage, avec* XXIV. *Promenades des trois amis*, Geneuae 1731. Vt & *Dissertations sur des questions de la contrarieté & des loix & des coutumes, par Mr.* LOVIS BOVLLENOIS, Parisiis 1732. Summam harum reperis in *Iournal des Savans*, mense Maii 1732. Clarissimus denique G. VOGT *de jure de bienseance hactenus infacto* 1704. nonnulla tradidit; Conf. *Hamburgische Berichte von neuen gelehrten Sachen* 1735. pag. 348. vbi etiam de illustris STRVBII *Droit de bienseance* legimus probe pensitanda. In hunc censum reponimus generosissimi IVLII BERNARDI VON ROHRS *Einleitung zur Ceremonial Wissenschafft*. Berolini 1733. 8. Piaculum forte fuerit illaudatum hic dimittere NICOLASIVM, cuius incomparabilis libellus dictus: *Discours de la Douceur* editus est Parisiis 1739. Iungatur *Essais sur la Necessité & sur les moyens de*

Galli quidem praecipue in exponendo expoliendoque hoc argumento, mira quadam inter se aemulatione versantur. Palmam tamen reliquis praeripiunt scripta Abbatis *de* BELLEGARDE haud pauca. Sunt inter haec *Reflexions sur ce, qui peut plaire dans le commerce du monde, à Paris* 1688. 12. *Suite des Reflexions d' Euthyme & Theagene sur des matieres de Morale, à Paris* 1688. 12. Idem in gallicum sermonem transtulit AMBROSII *officia*, sub titulo: *Les devoirs de l' honneste homme & du Chretien, à Paris* 1689. 12. Secutae sunt *Modeles des conversations pour les personnes polies, à Paris* 1697. 12. in quo de variis animi passionibus & reliquis, quae in vita quotidiana occurrunt, elegantissime disserit. *(i)* Haec autem scripta nonsolum ob regulas, quas praescribit, sed etiam sermonis

de plaire, Parisiis 1738. 12. ed. Nostra etiam Dissertatio de *Decoro* Halae 1735. habita addi potest, in qua scriptores indicauimus plures.

(*i*) Eodem auctore prodierunt *Reflexions sur le Ridicule*, nec non *sur la Politesse des Moeurs*, & *les Regles de la vie civile*. Denique *Les Caracteres d' Epictete, avec l' Explication du Tableau de Cebes*. Pertinent huc etiam viri huius *Lettres curieuses de Litterature & de morale*, quarum editio secunda Amstelodami 1707. 12. prodiit, in quibus potissimum de differentia morum huius seculi & pristinorum temporum acute disputatur.

monis venuſtatem prae caeteris ſunt commendanda. (*k*) Addi his poſſunt *l' Ecole du Monde, ou inſtruction d' un pere à ſon fils, touchant la maniere, dont il faut vivre dans le monde. Diviſée en Entretiens par Mr. le* NOBLE, *à Amſterdam* 1709. 12. conſtat VI. Tomis elegantique ratione praecepta tradit. *Diſcours ſur la* (*kk*) *bienſeance, avec des Maximes & des Reflexions tres importantes & tres neceſſaires pour reduire cette Vertu en uſage, à la Haye* 1689. 12. (*l*) laudem ſingularem merentur. *La regle des moeurs contre les fauſſes maximes de la morale corrompue, pour ceux, qui veulent ſuivre les voies ſures du Salut, & faire un juſte diſcernement du bien & du mal, par* D. G. P.

(*k*) Londini 1709. 8. publicabatur liber: SENSVS COMMVNIS; *an Eſſay on the Freedom of Wit and Humour, in a Lettre to a Friend*, qui gallice verſus inſcribebatur: *Eſſai ſur l' uſage de la raillerie & de l' Enjouement dans les converſations, qui roulent ſur les matieres les plus importantes.* Conſulatur IEAN LE CLERC in *Bibliotheque Choiſie* Tom. XIX. pag. 436.

(*kk*) Laudatur hic *Diſcours ſur la Bienſeance* a BASNAGIO in *Hiſtoire des Ouvrages des Sçavans* Ann. MDCLXXXVIII. menſe Decemb. Artic. VIII. pag. 402.

(*l*) Veriſſime ingenioſiſſimus STEELE in *Philoſophe Nouvelliſte* Tom. I. pag. 408. pronunciat: *Comme le Ceremoniel eſt une Invention des Sages pour tenir les Sots en reſpect, auſſi la Politeſſe eſt un Expedient qui égale les Sots aux gens ſages.*

G. P. *à Cologne* 1688. 12. de falſis & veris morum regulis agere volens, falſas & veras miſcet. *L' Abregé de la Civilité moderne,* Lipſiae in 12. edita, pueris ſeruire poteſt. SCVDERIAE (*m*) *morale du monde, à Paris* 1686. 12. & *les Entretiens de Morale*, exaſciati labores, multa tradunt huius commatis. Gallis Gallum addimus (*n*) *anonymum* auctorem *de la veritable Politique des Perſonnes de qualité*, *avec une preface de Mr. le Profeſſeur* THEOPHILE STOLLE, à Iene 1727. 8. recuſ. (*o*)

(*m*) DESPREAVX Opp. Tom. II. pag. 221. edit. Geneu. de ea legatur, & *Memoires pour ſervir à l' Hiſtoire des Hommes Illuſtres* Tom. XV. pag. 132. Quos vnquam nominis Scuderiani ſplendor perſtrinxit, ii norunt SCVDERIAM ſine exemplo eſſe ſexus ſui decus.

(*n*) *Diſcours ſur la bienſeance, avec des Maximes & des Reflexions très neceſſaires poùr reduire cette vertu en vſage.* Hagae 1689. 12. prodeſt ad explicationem venuſtatis morum non minus. Vid. THOMASII *freymüthige Gedancken über allerhand Bücher* An. 1689. pag. 158.

(*o*) Addere auctor potuiſſet ſcriptores nonnullos *de educatione liberorum.* Princeps eſt LOCKII liber *de educatione*, qui germanice redditus, & cum FENELONII archiepiſcopi *de educatione filiorum* Diſſert. editus Hannouerae 1729. 8. Sub incudem reuocauit idem argumentum *Anonymus* in *Regles pour travailler utilement à l' education chretienne des enfans*, Pariſiis 1726. LAM-

PIM-

PIMPIE DE SOLIGNAC in *Quatreins, ou Maximes sur l' Education des Enfans*, Hamburgi 1728. 4. Tomus primus *des Ouvrages de* M. *l' Abbé de* SAINT PIERRE *sur divers sujets*, continet etiam sola praecepta educationis, prodiit Parisiis 1729. 12. *L' Art d' enseigner le Latin aux petits enfans, en les divertissant, & sans qu' ils s' en apperçoivent. Dependance de l' Art d' elever la Jeunesse selon la difference des ages, du sexe & des conditions, par M. de* VALLANGE, Parisiis 1730. 12. Tom. II. frigidius dicta exhibet, licet non reiicienda omnia sint, requirit enim auctor vsum linguae latinae inter ancillas, & id genus alia. *A Treatise of the Education and Learning proper for the different capacities of Youth; founded on the Principles of natural Philosophy*, Londini 1734. prodiit. Sed plurima deprompta sunt e IOHANNIS HVARTI Examine Ingeniorum. *Reflexions de* T . . . *sur les Egaremens de sa Jeunesse*, cum versione germanica exscripta est typis Lipsiae 1731. in 8. *Instruction d' un Pere à son fils*, auctore *du* PVY, Parisiis 1731. *Avis d' une Mere à son fils & à sa fille*, Parisiis edit. 1728. 12. Illustrissimam foeminam marchionem DE LAMBERT hunc composuisse libellum perhibent. M. GEORGIVS CHRISTIANVS WOLFIVS in Germanorum linguam eum transtulit, Lipsiae 1729. 8. *Conversations sur plusieurs sujets de Morale, propres à former les jeunes Demoiselles à la pieté; ouvrage utile à toutes personnes, qui sont chargées de leur education, par* M. P. C. Docteur de Sorbonne, Parisiis 1733. 12. LE MAITRE DE CLAVILLE in *Traité du vray merite de l' homme, consideré dans tous les ages & dans toutes les conditions, avec des principes d' education pour former les jeunes gens à la vertu*, editio tertia Parisiis 1737. II. Tom. in 12. exiit *Conseils d' un Gouver-*

Gouverneur à un jeune Seigneur, Parisiis 1727. 12. *De l' Education d' un jeune Seigneur, à Paris* 1728. 12. auctore BAVDOVIN. *An Essay on the Education of a young Brittish Nobleman, after he leaves the Schools: tho which are added some Observations on the office of an Ambassador*, Londini 1730. non ad iuuentutis Britannicae formandae rationem solum spectat, sed applicari etiam potest generatim ad ingenuorum educationem. Tacemus reliquos, pluribus notos, ne credere, lectores nostros in media luce caecutire, videamur. Iungendi sunt scriptores de studiis instituendis. Ab aliis citatos praetereundos putamus; per transennam tantum, quod aiunt, rem tractantibus, recentiores optimae notae adscribere liceat. e. g. FLEVRY *traité du Choix & de la Methode des Etudes*, cuius variae exstant editiones Parisienses, quas inter praestat 1729. 8. impressa. Palmam vero ademit excellentissimus ROLLIN *de la Maniere d' enseigner & d' etudier les belles-Lettres*, quatuor tomis, quos Angli etiam transtulerunt, quique saepius recusi sunt. M. GIBERT quidem contra eum edidit *Observations addressées à* M. ROLLIN, *sur son Traité de la maniere d' enseigner les Belles-Lettres*, Parisiis 1727. 12. Sed vide *Lettre de* M. ROLLIN *à* M. GIBERT, *Ancien Recteur de l' Université, au sujet de ses Observations sur le Traité de la maniere d' enseigner & d' etudier les Belles-Lettres.* Opposita est iterum *Reponse de* M. GIBERT *à la lettre de* M ROLLIN, *Ancien Recteur de l' Université*, conf. *Bibliotheque Françoise* Tom. X. Num. VII. & VIII De formandis iuuenibus in Academiis vid. *The University-Education*, auctore RICHARDO NEWTON, Oxonii 1727.

§. XXVII.

Altius progressi sunt alii, qui aulicorum mores formare conati fuerunt. Tales sunt Balthasaris Castilionis *de aulico seu Curiali, libri* IV. quos ex italico transtulit *Ioannes Riccius*, Francofurti 1584. 8. *(p)* Hieronymi Osorii, doctissimi apud Lusitanos episcopi, *de gloria* exstant libri V. *de nobilitate* III. qui iunctim editi Basileae prodierunt 1576. 8. Continentur in iisdem multa praeclare dicta de moribus illustrium atque aliorum hominum, elegantissimo stilo descripta. *(q)* Ioannis Henrici Boecleri dissertatio *de elegantia moris ciuilis & aulici*, inter *dissertationes academicas* *(qq)* recusa, docta magis, quam pra-

(p) In Anglorum sermonem translata sunt opera Castilionis omnia cum vita eius, quam A. Castilionius conscripsit. Londini 1728.

(q) Non solum de *Gloria* libri quinque Osorii, sed & de *Regis institutione & disciplina* libri octo loci huius sunt. Opera illius omnia Romae 1592. excudebantur IV. Tom. fol. Nepos huius, Hieronymus Osorius, vitam eius famamque transfudit ad posteros. Conf. Niceron in *Memoires pour servir à l' Histoire des Hommes illustres* Tom. XI. pag. 202.

(qq) Dissertationum iunctim Argentorati 1658. 8. impressarum N. XIII. pag. 635. sqq.

practica, videtur in sublimiori illa vitae censura. Inter hosce tamen maxime adhuc hodie aestimatur BALTHASARIS GRACIANI *l' homme de Cour*, quem ex hispanico in gallicum sermonem transtulit AMELOT DE LA HOVSSAYE, *à Paris* 1684. 8. (r) *Amstelod.* 1707. 8. saepiusque alibi. Italica versio, quae sine interpretis nomine, sub titulo: *Oracolo manuale e arte di prudenza,* Venetiis 1679. 12. prodiit, (s) haud raro ab auctoris mente plane recedit. Textum hispanicum cum eleganti versione germanica

(r) Vid. Acta erud. 1685. pag. 89. seqq. Latine hunc librum vertit notisque illustrauit, FRANCISCVS GLARIANVS MELDENVS. Accessit Io. GOTTLIEB HEINECCII praefatio, nomen autem fictum est editoris, qui in meliorem ordinem librum redegit, quam GRACIANVS ipse, Francof. ad Viadr. 1730. Octaua editio interpretationis atque commentationis, quam AMELOT DE LA HOVSSAIE confecit, Roterodami exiit e prelo 1728. 8. Hagae Comitum etiam 1734. in III. Volum. in 12. prodiit *L' homme detrompé, ou le Criticon de* BALTHASAR GRACIAN, *traduit de l' Espagnol.*

(s) Sibi inuicem repugnantia praecepta a Graciano adferri, sunt qui arbitrantur; quum vero in diuersis circumstantiis, regulae prudentiae eaedem locum non teneant, nec vitio tribui iure potest Graciano, discrimen istiusmodi placitorum moralium. Hinc semper crediderim, nunquam condigne satis laudari huius viri scripta.

nica recudi fecit, notasque praestantissimas addidit cel. AVGVSTVS FRIDERICVS MVLLERVS; qua facie tribus tomis in 8. Lipsiae 1715. 1717. & 1719. *(ss)* comparuit. *(t)* AMELOTIO citato etiam debemus *La morale de Tacite, essay de la Flatterie, à Paris*

(*ss*) Editio secunda interpretationis MÜLLERI excellentissimi, Lipsiae 1733. 8. emissa est in lucem; sed nihil immutauit in ea auctor aliis negotiis abstractus; licet dicendi genus in Tomo primo ex parte sit emendatum, & vocabula peregrina in priori editione retenta, in posteriori sint ab amico Mulleri anonymo correcta.

(*t*) In Germanorum idiomate iuris publici iam factus est hic liber Augustae Vindelicorum 1711. 8. interprete SELINTES; qui praeeuntem habuit D. SAVTERVM, cuius translatio Lipsiae 1686. prodiit; etsi naeuis innumeris vtriusque labor scatet. P. *de* COVRBEVILLE vero *les Maximes de* BALTHAZAR GRACIAN, *traduites de l' Espagnol, avec les Reponses aux critiques de l' homme-universel & du Heros, traduites du même Auteur* 1730. 12. inprimi curauit. De *vita* GRACIANI commentatur ANTONIVS AVGVSTINVS in *bibliotheca Hispanica*, Tom. II. pag. 3. AMELOT in praefatione versionis gallicae, Collectores *Actorum Eruditorum Lipsiensium* A. 1685. mense Febr. pag. 89. illustris HEINECCIVS in praefatione laudata ad idem opus latine redditum. Opera omnia denique Graciani ADAMVS EBERTI latina erat ciuitate donaturus, vid. *Gelehrte Zeitungen* An. 1720. pag. 608. Propositum eius vero mortem interuertisse constat.

ris 1686. 12. vbi potiſſimum mores aulicorum in aula Tiberiana deſcribit. Licet ſaniores potius per quotidianam conuerſationem atque experientiam, quam per regulas, veros aulae mores addiſci debere, probe iudicent, (*u*)

§. XXVIII.

Nolumus iam omnes hic coaceruare, qui de certis vel adfectibus vel vitiis, calumnia, ſuperbia, vel virtutibus, amore, fortitudine, conſtantia & ſimilibus ſcripſerunt; praecipuos tantum ex iisdem nominabimus. SENECA in ſcriptis ſuis huc facit, (*v*) inter

(*u*) In praecellentiſſimi M. DE CHEVIGNI *Science des perſonnes de Cour, d' Epée & de Robe* Tom. III. Cap. III. Art. I. pag. 286. ſqq. edit. octauae, quae opera M. *de* LIMIERS prodiit, plura perpenduntur praecepta, ſedulo addiſcenda.

(*v*) De Seneca diſputata vid. Tom. I. Cap. II. §. IX. pag. 81. ſqq. Stilum in eum pariter ac reliquos Stoicos exacuit praeſertim PLVTARCHVS; loco enim a nobis antea citato, nimirum in tractatu inſcripto: *Stoicos quam poetas abſurdiora docere*, grauiſſime ſaepe diſputat v. c. hunc in modum: ,, Is qui mane fuit deterrimus, ſub veſperam ,, optimus eſt; & qui ſomno ſe dederit ſtolidus & ineptus, iniuſtus, luxurioſus, imo ſeruus, pauper, inops, ea ipſa die ſurgit rex, diues beatusque factus, praetereaque temperans, iuſtus,

 con-

ter quae praecipue aestimandus est *de tranquillitate animi* liber ad Serenum. Eiusdem sunt *de vita beata* ad Gallionem fratrem liber vnus; *de constantia sapientis*, siue quod in sapientem non cadat iniuria, liber vnus; libri III. *de Ira*, & libri II. *de Clementia*. (w) *Senecam* imitatus fuit POLYDORVS VERGILIVS in suo *de vita perfecta*, *seu de patientia*, tractatu, qui Basileae prodiit 1545. 8. Ad eandem classem quoque facit PLVTARCHVS *de vtilitate ex hostibus capienda*, & *de morbis animi & corporis*, (x) ex latina versione *Ioannis Rainoldi*, Oxonii 1614. 8. & plura alia eiusdem scripta in operibus obuia.

constans, opinionum, vt quisquam vacuus &c. Vid. etiam WILHELMI SLVITERI *Idea theologiae Stoicae* edit. Lugduni Batauorum 1726. 8. qui quidem auctor non raro censuram meretur.

(w) Senecae tres libri de Consolatione in hunc censum reponendi sunt; nec non CAROLVS SIGONIVS, sub nomine Ciceronis, de *consolatione super* TVLLIAE *obitu*, & LIPSIVS de *Constantia*, de quibus alibi.

(x) Plutarchus morum doctor insignis laudatur maxime in LIPSII *notis ad polit.* pag. 450. ERASMVS, se ei maximam debere cognitionis suae partem, professus est ingenue, interprete FOCANO in Differt. *de studiis*, add. QVENSTEDT de *patriis illustrium virorum* pag. 411. CHRISTIANI THOMASII *Orationes academicae* Orat. III. pag. 421. sqq.

uia. (*y*) Noti satis sunt egregii duo IVSTI LIPSII *de constantia* libri, *qui alloquium praecipue continent in publicis malis*, Antwerpiae 1584. 4. primum, post cum prologo galeato saepius in Belgio variis formis editi. (*z*) De duabus versionibus germanicis, Lipsiae 1601. & 1714. 8. excusis, lege STOLLIVM *hist. erudit.* Tom. III. Cap. IV. §. XXXVI. pag. 686. LIVINVS DE MEYER, e societate Iesu, oratione numeris adstricta Antwerpiae 1694. 4. totidem libros *de ira* scripsit, quot SENECA. Clarissimus IO. HENRICVS ACKERVS *de ambitione in malis* dissertationem scripsit, quae SENECAE libello *de prouidentia* iuncta est. FRANCISCVS PETRARCHA commentatus est *de remediis vtriusque fortunae*, Lugduni 1577. 8. & HIERONY-

(*y*) Reliquorum vel nomina commemorare longum est. *Treatise of the Passions and Faculties of the Soul of Man; with the several Dignities and Corruptions thereunto belonging*, by EDWARD REYNOLDS, D. D. edit. Londini 1678. fol. non omnibus notus est. In eo tam Psychologicae quam Morales describuntur veritates plurimae, licet ex principiis non fluant omnes euidentibus.

(z) PETRVS ALCYONIVS *de exilio* Libros II. exarauit, Venetiis 1522. 4. & Geneuae 1624. Vid. *Memoires des Hommes Illustres* Tom. VI. pag. 150.

RONYMVS CARDANVS (a) *de vtilitate ex aduerſis capienda*, Baſileae 1561. & Franequerae 1648. 8. Iſti quidem regulas praeſcribunt ſaepe non contemnendas, quae tamen, niſi animum reperiant vera pietate imbutum, nunquam in praxin ducentur, cum naturae fines hic deſinant. (b) Inter *biographos* PETRARCHAE allegati eminet IACOBVS PHILIPPVS TOMASINVS, qui non tantum librum, *Petrarchae rediuiui* titulo, *integram poetae celeberrimi vitam iconibus aere caelatis exhibentem*, ſcripſit, breuemque *nobiliſſimae foeminae Laurae hiſtoriam* concinnauit;

(a) CARDANI *de exilio* Diſſertatio inſerta eſt *analectis de calamitate litteratorum*, cum praefatione illuſtris MENCKENII editis Lipſiae 1700. 12. Generatim de eo euolui poſſunt THOV & TEISSIER in *Elog.* Tom. I. pag. 455. Tom. II. pag. 255. FABRICIVS in *hiſtor. Bibl. Fabr.* Part. VI. pag. 276. PARKER in Diſp. *de Deo* Diſp. I. Sect. 25. VOSSIVS de *idololatr.* lib. III. Cap. 80. & Diſſert. noſtra *ſecunda* de *Diuinatione* edita Halae 1734. 4. paſſim.

(b) De PETRARCHA protulit multa Mr. de GRENAILLE in libro: *le Sage réſolu contre la Fortune*, & MATTHAEVS PALMERIVS Florentinus ad annum MCCCLXXIV. in *Chronic.* RAPHAEL VOLATERRANVS *Commentariorum* Lib. XXI. BLONDVS FLAVIVS *Decade* II *Hiſtoriarum*, IACOBVS PHILIPPVS BERGOMENSIS in *ſupplemento Chronic.* ad An. MCCCXLI. IANVS IACOBVS BOISSARDVS Parte I. *Virorum illuſtrium* icone VI.

nauit; sed & PAVLI VERGERII, *Anonymi*, IANOZZI MANETTI, LEONARDI BRVNI, ARETINI & LVDOVICI BECADELLI *vitas Petrarchae*, & FORTVNII LICETI *responsum ad Tomasini epistolam de Petrarchae cognominis orthographia* addidit, in altera editione, quae Patauii 1650. 4. prodiit. HIERONYMI SQVARZAFICHI *vitam Petrarchae*, & *testamentum* ipsius a PAVLLO MANVTIO & IOANNE GEORGIO GRAEVIO conseruatum, edi curauit IOANNES HENRICVS ACKERVS, Rudolstadii 1711. 8. Recensuit reliqua PETRARCHAE scripta moralia LVD. ELLIES DV PIN in *bibl. nou. scriptor. Eccles.* Tom. XI. pag. 77. sequ. (c)

§. XXIX.

Referuntur ab aliis quoque ad hanc classem, qui *moralem Theologiam* explicarunt, (d)

(c) Non diffiteor vsui hic esse posse, *Lettres Morales & Critiques sur les differens Etats, & les diverses occupations des Hommes* par Mr. le Marquis D' ARGENS edit. Amstelodami 1737. 8. Ad Gallorum indolem plurima praecepta istius libelli adcommodata quidem sunt, sed & cum aliis gentibus congruunt magna ex parte argute ab auctore disputata.

(*d*) qualis inter *Pontificios* aestimatur PAVLVS LAYMANNVS, cuius *Theologia moralis* quinque libris comprehensa, prodiit Monachii 1625. 4. saepius recusa, atque inter Reformatos IOANNES HORNBECKIVS, cuius *Theologia moralis* Lugduni Batauorum 1668. 4. excusa. (*e*) Alii vero *casus conscientiae*, alii *consilia* ediderunt moralia, qui communiter *Casuistae* vel *Casistae* adpellari solent, inter quos excellit ANTONIVS DIANA, cuius vndecim Tomi *resolutionum moralium* prodierunt Venetiis 1647. f. (*f*) Sic etiam extant

(*d*) ALPHONSI RODERICII *Exercitium perfectionis & virtutum christianarum*, ex Hispanorum idiomate latine versum a MATTHIA MARTINEZ; LVDOVICI GRANATENSIS *Exercitia Spiritualia*; ANTONII SVCQVET *Via vitae aeternae*, aliique huc referuntur, de quibus in Bibliothecis Theologorum agendi locus.

(*e*) *Memoires concernant la Theologie & la Morale* edit. in 12. Amstelodami 1732. his adnumerantur, vtpote quibus varia opuscula moralia, partim rariora, iterum publicata sunt. Plura volumina se emissurum in lucem promisit auctor; id quod proditur in *Bibliotheque Raisonnée pour les mois de Janvier Fevrier & Mars* 1733. Art. V. pag. 110. Praecipue vero legatur: *Traité de la Verité de la Religion Chrétienne: tiré du Latin de* M. S. ALPH. TVRRETIN *à Geneve* 1736. 8. in quo de morali & theologia & philosophia disserit egregie Turretinus.

(*f*) Non praetermittendum est *Dictionarium casuum con-*

extant FRANCISCI FILLAVI *casus, siue quaestiones morales*, Lugduni 1633. f. PAVLI COMITOLI *responsa moralia*, Lugduni 1609. f. (g) Alii *controuersias morales* tractarunt, quae tamen potius concernunt materias iuris naturae, de quibus infra dicemus. Aliae sunt, quae occasione *probabilismi Iesuitici* fuerunt motae, quae tamen potius ad *bibliothecam theologicam* pertinent; largam scriptorum de hoc argumento farraginem dedit vir summus CHRISTOPHORVS MATTHAEVS PFAFFIVS in doctissimis

conscientiae, seu praecipuarum difficultatum circa moralem ac disciplinam ecclesiasticam Decisiones, e Scripturis, Conciliis, Pontificum Decretalibus, Patribus, nec non celeberrimis Theologis & Canonum peritis depromptae. Auctore IOANNE PONTAS Presbytero, Facultatis Paris. Iur. Canon. Doctore, nec non Eccles. Paris. Propoenitentiario. Editio recens, e Gallico in Latinum pari studio & fide concinnata, tribus tomis comprehensa in fol. Coloniae Allobrogum 1730.

(g) Inter nostrates IOANNIS CONRADI DANHAVERI *Liber Conscientiae apertus*, seu *Theologia Conscientiaria* edit. Argent. 1692. in II. Vol. aestimatur. FRIDERICI BALDVINI *Casus Conscientiae*, GEORGII DEDEKENII *Thesaurus Consiliorum* edit. atque auctus a Io. ERNESTO GERHARDO exstant etiam. Nihil dicemus de FRIDEMANNI BECHMANNI *Theologia Conscientiaria*, SPENERI, Wittebergensium aliorumque consiliis.

ſimis ad *corpus doctrinae moralis Sorbonicum*, poſt Pariſienſem editionem a. 1716. 4. excuſam, ſuis auſpiciis *Tubingae* 1718. 4. recuſum, *animaduerſionibus*, pag. 23--26. conf. & eiusdem *hiſt. theol. litter.* Lib. II. §. IX. pag. 271. Ex noſtris huc pertinent SAMVELIS RACHELII *examen Probabilitatis Ieſuiticae nouorumque Caſuiſtarum*, Helmſtadii 1664. 4. THOMAE STEGERI commentatio *de probabilitate, nouo Moraliſtarum atque Ieſuitarum dogmate*, Lipſiae 1668. 8. ELIAE VEIELII diſſ. *de Probabilitate, Moraliſtarum pontificiorum aſylo*, Vlmae 1676. 4. alii. (*b*) Conſule

(*b*) Praeter excitatos ſcriptores ad §. VIII. huius capitis, vid. ANTONIVS TERILLVS in *regula morum contra* ELICALDVM. HONORATVS FABRI in *Apol. Doctrinae Moral. Ieſuit.* AMADEVS GVIMENIVS in *ſing. theolog. mor.* IO. IACOBVS MVLLERVS in *Inſtitut. Moral. Propaedeum.* §. VI. ſqq. IO. FRANCISCVS BVDDEVS in *ſelectis iuris naturae & gentium* pag. 18. & in *Analectis Hiſtoriae Philoſophicae* pag. 251. *Portrait au naturel des Ieſuites & anciens & modernes; ou image veritable du premier & du dernier ſiecle de la Societé de Ieſus. Fin de la Parallele de la Doctrine des Payens avec celle des Jeſuites & de la Bulle Unigenitus*, edit. Amſtel. 1731. 8. quo in libro quatuor potiſſimum probantur theſes, 1) patres ſocietatis Ieſu Dei exiſtentiam non admittere, nec 2) eccleſiam matrem, nec 3) Ieſum Chriſtum caput venerari, nec 4) doctorum eccleſiae praeceptis vti. Sunt inter Ieſuitas

fule de fcriptoribus Theologiae moralis GEBHARDI THEODORI MEIERI *Introductionem in vniuerfum Theologiae moralis cum dogmaticae tum practicae ftudium*, Helmftadii 1661. 4. Cap. XVII. feq. Io. MICH. LANGII diff. *de origine & progreffu theologiae moralis Syftematicae*, Io. CONR. DVRRII *Compendio theologiae moralis* praemiffam, Altorf. 1698. 4. IOANNIS FRIDERICI MAYERI *bibliothecam fcriptorum theologiae moralis & confcientiariae triplicem*, (*i*) AEGIDII STRAVCHII

fuitas, qui doctrinae foeditatem penfitantes, eam repudiarunt ipfi, v. c. PAVLVS COMITOLVS & ANDREAS BLANC, tefte GISBERTO in *Anti-Probabilifmo*, edit. Lutetiae Parifiorum 1703. Addicti autem monftrofae doctrinae inprimis funt ESCOBARIVS, LOBKOWITZIVS, SANCTIVS, SYLVIVS, BAVNIVS, MASCARENHAS; alios nonnullos indicat Io. IACOBVS MVLLERVS in *Guilielmum Grotium de principiis iuris naturae* pag. 10. edit. Ienae 1696. 8.

(*i*) Coniungi cum horum lectione poffunt veteres, qui perquam diligenter collegerunt moralis doctrinae fcriptores. Tacendus non eft BOSTONI *Burienfis Angli Catalogus fcriptorum ecclefiae*, qui Bibliothecas plures perluftrauit, monimentaque innumera collegit; nec non ex CASSIODORO, ISIDORO, BEDA, BVRCHARDO WORMATIENSI, GRATIANO, HVGONE DE S. VICTORE, VINCENTIO haufit. Ita etiam SIXTI SENENSIS *Bibliotheca Sacra* & ANTO-

CHII *Theologiae morali*, Gryphiswaldiae 1705. 8. praefixam; & quae duumuiri celeberrimi BVDDEVS atque PFAFFIVS; hic in *hist. theol. litter.* Lib. II. §. IX. pag. 268-280. ille vero in *Isagoges* Part. II. Cap. IV. maxima vterque cum eruditionis praestantissimae adparatu, differuerunt.

§. XXX.

Vnicum restat, vt de iis paucis dicamus, qui in opusculis suis moralibus *miscellanea* tractant. (*k*) Ex Italis illud egit DANIEL

ANTONII POSSEVINI *apparatus sacer*, nec non BELLARMINVS *de scriptoribus Ecclesiasticis*, addantur. De TRITHEMIO aliisque SCHEVRLIVS commentatur c. I. §. CCLVI.

(*k*) Referimus huc *Collection of Tracts Moral and Theological, placed in the Order wherein they were first published*, nempe I.) *A Letter to a Deist*, II.) *The Foundation of Moral Goodness Part. I.* III.) *The Foundation of Moral Goodness Part. II.* IV.) *Divine Rectitude.* V.) *A second Letter to a Deist*, VI.) *The Law of Truth*, notae variae & supplementa de rectitudine actionum additae sunt, auctore IOHN BALGVY. Londini 1734. 8. *Oeuvres mêlées, de M.* * *, *contenant un Discours sur la fin qu' a eu Virgile en composant ses Bucoliques - - - des Paraphrases en vers sur les Pseaumes de* DAVID, *&* *sur quelques chapitres des Proverbes de* SALOMON, *des Lettres, des Epitres en vers, des Reflexions*

NIEL BARTOLI, Iesuita; cuius *opera moralia* lingua italica scripta prodierunt Romae 1684. f. Seorsim haec antea fuerunt edita, siquidem ediderat *litterarum defensum & emendatum*; librum *de paupertate contenta*; *recreationem sapientis*, sub titulo: *La Ricreation del Savio in discorso con la natura e con Iddio, libri due* in *Bologna* 1668. 12.; it. *Geographiam ad usum moralem reductam*, cuius titulus est: *La Geografia transportata al Morale, in Venetia* 1676. 12.; it. *symbola ad moralem philosophiam accommodata*; quae nunc in vnum col-

flexions Morales &c. Parisiis 1733. in 12. add. *Journal des Sçavans, Août* 1733. pag. 517. sqq. Inprimis etiam *Pensées sur divers sujets de Morale par Mr. le Comte* OXENSTIRN, editio noua perpolita atque emendata praestat, edita Francofurti 1736. 8. II. Vol. accesserunt etiam variae sententiae, auctore eodem comite; antea nunquam publicatae. Porro *Traité du vrai merite de l'homme consideré dans tous les ages & dans toutes les conditions: avec des principes d'Education propres à former les jeunes gens à la vertu*. Parisiis 1733. 12. Praefamen haud multa promittit; arena tamen non est sine calce, ipsam elaborationem si perlegimus. Mr. DE CROVSAZ etiam Amstelodami 1737. 12. *Divers Ouvrages* in II. Vol. publicauit, in quibus morum disciplinae lucem accendit; quid de eo statuamus, fusius declarauimus Parte I. Artic. I. Diarii nostri *Abriß von dem neuesten Zustande der Gelehrsamkeit* inscripti pag. 1. sqq.

collecta, reconditum variae prudentiae moralis thesaurum aperiunt. DANIEL CASPAR A LOHENSTEIN haec scripta maximi fecit, & tendentibus in Italiam auctor fuit, vt conquirerent, vid. *Acta erudit.* Supplem. Tom. VIII. pag. 418. Ex Gallis plures sunt, inter quos *Mr. de la* ROCHEFOVCAVLT edidit *reflexions, ou sentences & maximes Morales, augmentées de plus de deux cens nouvelles maximes, à Paris* 1690. 12. recus. Amstelodami 1705. 12. & vltimum Parisiis 1714. 8. cum *animaduersionibus* AMELOTI DE LA HOVSSAYE. (*l*) Et praecipue aestimandae sunt *les Oeuvres melées de Mr. de* SAINT EVREMONT, *à Amsterdam* 1689. 12. II. Volum. (*m*) in quibus per regulas

[*l*] Editio vndecima prodiit Parisiis 1736 aucta obseruationibus criticis atque adnotationibus egregiis, Abbatis DE LA ROCHE, in 12 Non inpari virtute exaratus est liber, cui index: *Friendship in Death, in twenty Letters from the Dead tho the Living. To which are added, Letters Moral and Entertaining, in Prose and Verse: in three Parts.* Londini editio quarta in 8. prodiit 1736. in illis morum philosophia, doctrinae de animae immortalitate superstructa, dilucide grauiterque proponitur. Lectoribus tamen iis, quibus solae demonstrationes ex rationis principiis deriuatae adrident, haud vbique probabuntur litterae istae.

[*m*] Edi coepta sunt opera Parisiis 1668, sed naeuis opera-

las atque sententias Senecae philosophiam imitatur, magisque illustrat. Recusa sunt eius *opera miscella*, Amstelodami 1706. 8. cura doctissimi viri DES-MAIZEAVX, (n) qui

operarum incuria admissis, scatebant omnia. Hinc contra eum GOTOLENDI, sub nomine DVMONT latitans, cum publico communicabat: *Dissertation sur les Oeuvres mêlées de M. de Saint-Evremond. Avec l' examen du Factum qu' il a fait pour Madame la Duchesse de* MAZARIN, *contre M. le Duc de Mazarin son mari* Parisiis 1698. 12. Eodem anno autem prodiit: *Apologie des Oeuvres de M. de Saint-Evremond, avec son eloge & son portrait, & un discours sur les Critiques.* Parisiis 1698. 12. in qua calumniae depelluntur aspere. Quo facto Anno 1700. *Nouvelles Oeuvres mêlées de M. de Saint-Evremond* in 12. publicabantur. De reliquis editionibus v. *Memoires pour servir à l' histoire des hommes illustres* Tom. VII. pag. 192. sqq. & *Bibliotheque Raisonnée* Tom. II. Part. II. Art. XI. pag. 424. & Artic. XII. pag. 439. vbi liber indicatur: *Melange curieux des meilleures Pieces attribuées à Mr. de* SAINT-EVREMOND, & *de quelques autres Ouvrages rares ou nouveaux.* Diiudicatur ibi tertia editio illius Amstelodami 1726. II. Vol. in 12. impressa. Haud inutiliter legeris etiam *Extraits de diverses Lettres*, quae recensentur in *Histoire des Ouvrages des Savans. Mars* 1700. Artic. XIII. pag. 128. sqq.

(n) Nomen Euremondi mentiuntur plura scripta; genuina autem a spuriis distincta vide in editione *Mr. des-Maizeaux*, hie enim coram Euremondo

qui & *vitam Euremontii* praefixit. In *Saint-Euremontianis*, Amſtelodami 1701. 8. primum editis, & paullo poſt Luxenburgi 1702. 8. recuſis, egregiae itidem *obſeruationes morales* adferuntur. Anonymi *Reflexions ſur les divers ſtiles & ſur la maniere d' ecrire, ou Diſſertation ſur les Oeuvres de Mr. de* SAINT-EVREMOND, Amſtelodami 1700. 8. prodierunt. Non indictus vero heic abeat tot calamis celebratus *Gallorum Seneca* MICHAEL MONTAIGNE; de cuius tamen *Eſſais* ſiue tentaminibus moralibus non eadem omnibus eſt praeſtantiae opinio. Prodierunt primum Pariſiis 1580. 8. poſt obitum auctoris, ex ipſius MSto auctius a librario *Angelier*, Pariſiis 1595. f. edita. Elegans eſt alia,

mondo recognouit ſcripta huius viri, quaeque ſuſcepit tanquam ſua, *des-Maizeaux* collegit typisque excudi curauit. Nos vero ſuffragamur ſententiae Anonymi, cuius verba in *Hiſtoire des Ouvrages des Savans* Ann. 1700. Menſe Mart. pag. 128. haec ſunt: *Il eſt aiſé de le reconnoitre* (Euremontium) *& on le confondra difficilement avec d' autres. Les gens qui ecrivent comme lui, & qui puiſſent imiter ſon tour delicat, & ingenieux, ſont bien rares.* Anglice reddita ſecunda ſeu vltima operum editio, Londini euulgata eſt 1729. in III. Volum. in 8. aucta cum *Memoires de la Ducheſſe de Mazarin*, cui acceſſit vita auctoris.

alia, quam *Mademoiselle de* GOVRNAI cum *praefatione* prolixa & *aucloris vita*, Parisiis 1635. edi curauit, (*o*) a Belgis Amstelodami 1659. III. Tomis eleganter recusa. Et nuper demum PETRVS COSTE praestantissimam dedit Londini 1724. III. Volum. in 4. & Hagae eodem anno IV. Volum. 12. exscriptam. HVETIVS autem prolixe suam de MONTANO, nec sine acri censura, & rerum & stili, epicrisin dedit in *Huetianis*, Num. VI. pag. 15. sequ. (*p*) Adde IOANNIS KLEFECKERI *Bibliothecam eruditorum praecocium*, pag. 246. & *les pieces fugitives d' histoire & de litterature, à Paris* 1704. 8. Tom. I. pag. 74. SCHVRZFLEISCHII de ipso iudicium

[*o*] Exemplum ipsum, quo vsa fuit GOVRNAI celeberrima, variis notis MSS. illustratum atque purgatum ab eadem, delitescit in bibliotheca Spanheimiana. Indicem harum correctionum typis inprimi iussit editor libri dicti: *Recueil de Litterature, de Philosophie & d' histoire* pag. 38. sqq.

[*p*] Non adeo παράδοξον videri debet, si laudetur ab his, culpetur ab illis Montanus, scepticorum coryphaeus; superatur ambitione virtus huius viri, raro infra aliorum aestimationes se metientis. Attamen Num. II. in *Recueil de toutes les Feuilles de la* SPECTATRICE, *qui ont paru, & de celles qui n' ont point paru*, Parisiis edit. 1730. in 12. defenditur.

dicium lege in *conlectione libror. rarior. Groschusiana*, Fascic. III. pag. 466. (q)

(q) Scrutantur etiam veritates morales *Essay's Moral and Philosophical on several subjects*, Londini 1734. 8. & decorum a iusto vere in iis discernitur. *Essais sur divers sujets de Litterature & de Morale*, auctore Abbate TRVBLET, Parisiis 1737. secundum edit. locum hic denique sibi vindicant.



CA-

CAPVT II.

DE SCRIPTORIBVS POLITICIS.

§. I. *Scriptores, qui bibliographias politicas ediderunt.* §. II. *Scriptores de instituendo studio politico.* §. III. *Scriptores veteres politici, Plato atque Aristoteles.* §. IV. *Commentatores in Politicam Aristotelis.* §. V. *Politica Taciti cum commentatoribus.* §. VI. *Scriptores, qui compendia & systemata politica ediderunt.* §. VII. *De Politica Wolfii.* §. VIII. *Scriptores, qui Politicam ex Christianismi principiis deduxerunt.* §. IX. *Scriptores, qui principis statum formare docent.* §. X. *Politica Machiauelli & aduersariorum.* §. XI. *Scriptores, qui certis exemplis principem formant.* §. XII. *Instructiones paternae ad filios, Principes iuuentutis.* §. XIII. *Scriptores, qui principem iuuentutis formare student.* §. XIV. *Scriptores de republica.* §. XV. *Scriptores, qui fictitias respublicas ediderunt.* §. XVI. *Scriptores, qui nouas respublicas cum veteribus quibusdam per parallela conferunt.* §. XVII. *Scriptores de incrementis & decrementis rerumpublicarum.* §. XVIII. *Scriptores, qui varias artes & arcana rerumpublicarum detexerunt.* §. XIX. *Scriptores, qui thesauros rerumpublicarum ediderunt.* §. XX. *Scriptores de statu religionis.* §. XXI. *Scriptores de pote-*

ſtate circa ſacra. §. XXII. *Scriptores de ratione Status.* §. XXIII. *Scriptores, qui iura diuerſorum regum defenderunt.* §. XXIV. *Scriptores de ciue.* §. XXV. *Scriptores de conſiliariis.* §. XXVI. *Scriptores de re militari.* §. XXVII. *Scriptores, qui vitia Politicorum deſcribunt.* §. XXVIII. *Scriptores Monarchomachi & horum aduerſarii.* §. XXIX. *Scriptores, qui Politicam ex variis auctoribus antiquis deduxerunt.* §. XXX. *Scriptores, qui reflexiones & obſeruationes politicas ediderunt de variis negotiis.* §. XXXI. *Scriptores, qui diſſertationes, obſeruationes & axiomata politica ediderunt.* §. XXXII. *Scriptores de arte apodemica ſeu peregrinandi.* §. XXXIII. *Scriptores de politica priuata, ſiue prudentia vniuerſali.*

§. I.

Inter potiora noſtri temporis ſtudia *Politica* eſt, quam tamen nemo vnquam ſatis exhauſit, ideoque tot ſcriptores diuerſa methodo eandem adgreſſi fuerunt. Ad ſcriptores autem politicos cognoſcendos facit HERMANNVS CONRINGIUS in *Diſſertationibus politicis de philoſophia ciuili, eiusque optimis ac praecipuis ſcriptoribus*, reſpondente IVSTO IOANNE RINCKIO, Helmſtadii

ſtadii 1673. 4. (*a*) vbi de antiquioribus praeſertim politicis erudite agit. Ante hunc prodierat Gabrielis Navdaei *bibliographia politica*, (*b*) quam, poſtquam Venetiis 1633. 12. & Lugduni Batauorum 1642. 16. item Amſtelodami in collectione *Elzeuiriana de ſtudiis inſtituendis*, a. 1645. 12. recuſa fuiſſet, in Germania edi curauit Hermannvs Conringivs Helmſtadii 1663. 4. cum Scioppii, Grotii & Coleri ſcriptis ad Propaediam politicam facientibus. Exſtat etiam editio Cantabrigienſis 1684. 8. & aliae duae Wittebergenſes, (*c*) cura Avgvsti

[*a*] Diſputationem primo exarauit Conringivs de *natura ac optimis auctoribus ciuilis prudentiae* 1669. Sed non tam recentiores, quam antiquiores in ea enarrantur auctores.

[*b*] Naudaeum exarſiſſe ſaepe in haereticos, nec non exteros fere ſemper; ſcriptoresque egregios ſicco tranſiiſſe pede, exemplis Forſtneri pag. 142. Clapmarii pag. 53. Scipionis Gentilis pag. 255. aliorumque probari poteſt. Non inutiliter legeris Caroli Arndii *Bibl. Pol. Herald. Sel.* pag. 24. Ordo etiam a Naudaeo ſeruatus, eſt perturbatus & a multis reiectus.

[*c*] G. Hieron. Welschivs, omnigenae doctrinae vir, acceſſiones ad Naudaei bibliographiam politicam eſt molitus, teſte Lvca Schröckio in *Memoria Welſchiana* ſeu hiſtoria vitae huius viri, edit. Auguſtae Vindelicorum 1678. 4 pag. 69. Cum publico iſtum laborem non eſſe

GVSTI BVCHNERI exſcriptae 1636. & 1686. 12. Vltimum illam cum *animaduerſionibus* ſelectis edidit FRIDERICVS GLADOVIVS, (*d*) Halae 1712. 8. & NAVDAEI *de arcanis ſtatus* commentariolum adiecit. Gallicae verſionis a CALLINIO quodam adornatae titulus eſt: *Bibliographie politique du Sieur* NAVDE'E, *avec vne lettre de Mr.* GROTIVS *& du Sieur* DV HAMEL *ſur le meme ſubjet, à Paris* 1642. 8. In hoc libro non de ſingulis, ſed de delectu ſaltim ſcriptorum politicorum, etiam ethicorum, differit, &, quid in ſingulis ſit praecipuum, monet; nec inutilis hodie eſt libellus, licet multi iam exſtent recentiores. Elegantiſſima eſt IOANNIS ANDREAE BOSII (*e*) *Diatribe iſagogica*

communicatum eo magis dolemus, quoniam Naudaeus modo praetermiſerit praeclaros ſcriptores, modo iniquiori ioue de iis fuerit opinatus, vti antea monuimus.

(*d*) Hac de editione vid. *Gelehrte Zeitungen*. Anni MDCCXVI. pag. 287.

(*e*) De Boſio leges multa in Programmate, in ſepultura eius Ienae a rectore academiae ERNESTO FRIDERICO SCHRÖDTERO ICto & anteceſſore, publice propoſito, & repetito a PAVLO FREHERO in p. 1557. *Theatri Virorum eruditione clarorum.* Porro in *nouis Litterariis* Anni MDCCXXI. pag. 11. & ſpeciatim ad hunc librum facientia apud THOMAM CRENIVM

gogica de prudentia & eloquentia ciuili comparanda, Ienae 1677. 4. quae cura Georgii Schvbarti recusa est Ienae 1698. 4. in hac enim de scriptoribus pragmaticis, historicis praecipue, qui ad cognoscendam politicam faciunt, iudicat egregie. Haec olim *bibliographiae historico-politico-philologicae curiosae*, Germanopoli, id est, Francofurti 1677. 8. & 1696. ibidem excusa, (*ee*) adnexa fuerat, sub titulo *bibliothecae politicae contractae*, non sine bile haeredum Bosianorum; maxime, cum pluribus in locis corrupte esset edita. Lege, quae hac de re fusius diximus in *Introduct. ad notit. rei litter.* Cap. I. §. XVII. pag. 28. (*f*) Ceterum haec *bibliographia* a Boeclero olim in prae-

nivm in Tomo II. *Methodorum* Num. VII. pag. 350. sqq. vbi etiam liquido probatur, verum libri huius auctorem esse Bosium, quem alii adscripserunt catalogo operum Boecleri: Non adstipulamur igitur Adolpho Clarmvndo, qui in *Vitis clarissimorum in re litteraria Virorum* Part. II. N. XXVIII. pag. 260. sqq. eum Boeclero adsignat.

(*ee*) Conf. Io. Mollervs in *Diatr.* de *Helmoldo* §. XXI.

(*f*) Perquam fructuose legi poterunt ab auctore nostro dicta in Praefatione de *formandorum studiorum scriptoribus*, praemissa Gvarini libro: de *ordine docendi & studendi* pag. 23. sqq.

praelectionibus Academicis tradita, post obitum auctoris a SAMVELE SCHOTTELIO professore Argentoratensi prelo subiecta erat, sed innumeris pene vitiis deturpata, vt exiguus valde in lectorem vsus inde redundaret. Qua re motus IOANNES GOTTLIEB KRAVSIVS, vir de re litteraria meritissimus, (g) integram illam atque emendatam edidit, praestantissimisque accessionibus ex reliquis scriptis *Boeclerianis* adauctam Lipsiae 1715. 8. vulgauit; ac in praefatione prolixa vberius libri huius historiam enarrauit. (h) Addimus CORNELII A BEVGHEM *bibliographiam iuridicam & politicam*, Amstelodami 1680. 12. (i) editam, quae

(g) REIMANNVS *Biblioth. Histor. Litterar.* hoc est Tom. II. catalogi bibl. Reimannianae pag. 491. haec nobis suggessit: *Et nos ante XXX. annos id animo agitauimus, vt eundem nostris curis retractatum, h. e. auctum emendatum, & illustratum denuo in lucem prodire iuberemus. Cuius rei luculentum testimonium exhibent additamenta MSCta, cum indice copioso auctorum, quem nostro exemplo addidimus.*

(h) M. G. C. IOCHIVS *prodromum bibliothecae politicae* Ienae 1705. fecit publici iuris; vtinam opus ipsum esset adgressus auctor, forsan innumeri tunc additi essent scriptores.

(i) Typis repetita est haec bibliographia 1685. Sed symbolum auctoris, titulo inscriptum: *Quantum est, quod nescitur*; & in hac editione vbique

quae ordine alphabetico compofita ea faltim fcripta continet, quae a quinquaginta retro annis fuerunt edita, fed in nuda tantum titulorum recenfione confiftit. De *iudiciis Sarcmafianis* (*k*) in Politicos fui temporis, iam dictum fuit in *Introductione* Cap. VIII. §. XV. pag. 407. fequ. Illorum continuatio legitur in *collectione Grofchufiana* pag.

que obtiret; nec felectus habet ibi locum, quum tam bonae quam malae notae libellos adfcriptos videamus.

(*k*) Conradvs Samvel Schvrzfleisch, fub nomine Sarckmasii latitans (Vitembergae) Martismonti 1669. 4. contra praecipuos fcriptores philofophiae ciuilis arma ftrinxit; titulus libri eius eft: Evbvli Theosdoti Sarckmasii *iudicia de nouiffimis prudentiae ciuilis fcriptoribus.* In quibus Schurzfleifchius non rixofo clamore, fed fale oppreffit naeuos multos Boecleri, le Blev, Bvrgoldensis, Conringii, Lentvli, Martini, Montzambano, Pvffendorffii, Poppingii, Relfendsó, Sprengeri aliorum. Reftiterunt ei inprimis Anonymus (Vlricvs Obrecht) edit. libello: *Canis fub fuftem miffus, fiue correptio Sycophantae maximi Eubuli Theosdoti Sarckmafii* 1669. & Petrvs Nastvrcivs in *iudicio* de *iudiciis, quae in nouiffimos ciuilis prudentiae fcriptores exercere voluit Sarckmafius* 1669. 4. Sunt quoque alii, qui fcriptis profcindere conabantur Schurzfleifchium, fed lubentes fine adfcriptione nominum eos dimittimus.

pag. 217. sequ. & pag. 444. Plurimos haec iudicia censores experta sunt, quorum schediasmata collegit, & cum ipsis iudiciis vno volumine edi curauit THEODORVS CRVSIVS, (*l*) sub titulo: *Acta Sarcmasiana*, Halae 1711. 8. *De fatis studii Politici, praesertim in Academiis, & de insignibus quibusdam circa illud defectibus*, egregiam dissert. conscripsit CHRIST. GOTTFRIED HOFMANNVS, V. C. Lipsiae 1715. 4. in qua historia politices succincte traditur. Faciunt huc etiam (*m*) CAROLI ARNDII *Bibliotheca politico-heraldica selecta*, (*n*) Rostochii 1705. 8. & *bibliotheca Aulico-politica*, ibid. 1706. 8. Euolui denique merentur, quae STOLLIVS

(*l*) VALENTINVS HENRICVS VOGLERVS in *introductione vniuersali* in notitiam cuiuscunque generis bonorum scriptorum pag. 60. conferatur; sed animi impetu abreptus videtur in diiudicanda Schurzfleischii censura.

(*m*) Addimus etiam *Entwurf einer Staats Bibliothec, nebst der gantzen politischen Klugheit*, Francof. & Lips. 1725 8. Auctor est Io. TOBIAS WAGNER. Io. HENRICI ACKERI diss. *de Politicis Empiricis*, quae in *opusculis eloquentiae*, Fascic. I. Num. I. Rudolstadii 1713. 8. reperitur. De variis scriptoribus politicis vid. denique *Memoirs of Litterature, Volum.* I. pag. 11. sq.

(*n*) Accessit praeloquium de selectissimis Bibliothecariorum historico-pragmaticorum collectoribus.

livs *historiae eruditionis* Part. III. Cap. V. pag. 692–734. & Walchivs in *Introductione ad Philosophiam*, Libr. II. Cap. VII. pag. 594--609. de hoc argumento disseruerunt. (*o*)

§. II.

Alii *de studio politico instituendo* egerunt. Refer huc Ioannis Caselii πολιτευσόμενον, *siue instructionem, quemadmodum primarius aliquis adolescens mature & recte adducetur ad rem publicam*, Francofurti 1631. 8. (*p*) Exstat quoque de eo Hvgonis Grotii *epistola de studio politico, ad Beniaminum Auberium Maurerium*, Lugduni Batauorum 1642. 8. in anglicum sermonem transfusa (*q*) Londini 1654.

(*o*) Nec non Bvddevs in *Isag. Hist. Theol.* Lib. I. Cap. IV. §. XXXIII. pag. 317. sqq.

(*p*) Vid. vitam Caselii suis Epistolis edit. Francofurti 1687. 8. praemissam, in qua *Politicon* huius viri pariter atque *Notae in Cebetis tabulam* percensentur. Add. Hornivs in *Hist. Phil.* Lib. VI. C. XIII. & Iac. Bvrckhardi epistola de *praeclaris* Io. Caselii *erga bonas litteras meritis* edit. 1707. atque inserta M. Christiani Henrici *Vitis eruditissimorum in re litteraria virorum* Part. I. N. V. excus. Lipsiae 1713. 8.

(*q*) Haec Grotii *Epistola* in maiori opere Epistolarum

1654. 8. in gallicum vero *Naudaeo* iuncta prodiit. CHRISTOPHORI COLERI *epistola de studio politico instituendo*, Vitembergae 1604. 8. seorsim edita, (r) & a THOMA CRENIO de *varia* eruditione comparanda schediasmatum collectioni inserta Num. IX. pag. 369-394. Conf. CHRIST. SAMVELIS MARTINI schediasma *de claris Coleris* Vitembergae 1718. 4. & CASPARI SCIOPPII *Paedia politices*, Romae & Mediolani excusa. Iunctim hos scriptores cum NAVDAEI *bibliographia* edi curauit HERM. CONRINGIVS, (s) Helmstadii 1663. 4. notasque simul in *Paediam* SCIOPPII addidit. (t) Consule REI-

rum Grotii locum tenet LIV. in minori vero editione, quae litteras ad solos Gallos datas continet, Num. XVI. legitur.

[r] Vitam scriptaque Coleri immortalitati commendauit TEISSIER in Elogiis Tom. IV. pag. 459. sqq. BORNITIVS Torgensis vero istam epistolam primus euulgauit 1604. additam deinde suo de studio politico libello, edit. Erf. 1602. 8.

[s] Scioppius capita quaedam paediae tantum persequitur, quum omnia tamen inscriptio libelli eius promittat; Nec desunt alia, quae partim supplenda, partim corrigenda, partim reprobanda fuerunt Conringio, editori dexterrimo.

[t] Inter maiores ANTONIVS QVAERENGVS librum etiam de *methodo Politicae* euulgauit, quem laudibus ornat magnificis LEO ALLATIVS in *apibus*

Reimanni *hist. erud. German.* Tom. I. Sect. III. §. LXXII. Num. I. pag. 287. sequ. vbi simul tradit, possidere se Conringii *commentarium MStum de omnibus scriptoribus politices*, publica luce non indignum. Aestimant alii Ioannis Henrici Boecleri *de studio politico bene instituendo* dissertationem epistolicam posthumam, quae *bibliographiae* (*tt*) eiusdem praefixa est, sed non nisi praecepta sunt generalia, vt doceat, quaenam disciplinae politicae studioso ad sciendum sint vtiles. (*u*) Melius hic vsu veniunt Bosii *diatribe* (*v*) *Isagogica*, & Navdaei *bibliographia politica*, qui in hac materia maxime commendandus, licet etiam in eadem se

apibus vrbanis pag. 44. Conf. Thomasinvs in *Elog. illustr. viror.* pluribus.

[*tt*] Edit. *Germanopol.* 1677. titulo litterae I. H. B. praefixae sunt. Licet postuma sit haec dissertatio, veniam tamen non poscit, sed laudem adfert auctori. Imperitia editoris quidem vbique adparet, conf. idem auctor *Institut. Polit.* Cap. IV. pag. 299. sqq.

[*u*] Silberradii Dissert. de *Politicis Empiricis* Argentorati 1712. 4. impressam subiungimus loco coronidis; & Christiani Bornitii *Discursum Politicum* de *prudentia politica comparanda* Erfurti 1602. 8. euulgatum.

[*v*] Bosivs in *Dissert. Isag.* tria capita constituit, *doctrinam, conuersationem*, & *vsum rerum*, nec abhorrent haec requisita Politica a veritate.

se iniquum praestet in Germanos. (w) Lege etiam GOTTLOB. FRIDERICI SEELIGMANNI *Ideam studiosi Politices compendiose descriptam*, Rostochii 1684. 4. (x).

§. III.

Inter scriptores politicos antiquiores primum habemus PLATONEM, qui duodecim dialogis suis *de legibus*, & libris decem *de republica*, rempublicam praeclare instituit; licet non omnem prudentiam ciui-

[w] A tyrone penitus consulantur CHRISTIANI THOMASII *Cautelae circa studium prudentiae politicae* Cap. XVI. *Cautelarum circa praecognita iurisprudentiae* pag. 262. sqq. Eiusdem *summarischer Entwurff derer Grund-Lehren, die einem studioso iuris zu wissen vnd auf Vniversitäten zu lernen nöthig*, Cap. XVII. pag. 121.

[x] Praeclara & fere inuidenda elogia hic meretur Io. WERLHOFF, grauissimis politicis aeui omnis haud dubie adnumerandus, cuius exstat Oratio *de aptissimo iurisprudentiae & ciuilium studiorum nexu* Helmstadii 1696. impressa. Nec IOANNIS GEORGII SVLPICII [Kulpisii] Epistola *de studiis academicis iuuenis nobilis recte instituendis* edit. 1700. 8. tacenda est, quoniam Politicae in ea etiam lumen accendit auctor perite scientissimus: Paedeuticis accedit denique IOANNIS AB AFFELEN *Vir Politicus* Hanouiae excusus 1599. 12. & renouatus typis Magdeburgi 1600.

ciuilem exhauriat, & multa quoque ab vſu ciuili aliena proponat. Scripſit etiam *de regno* librum exiguum & parui momenti. Ille *de republica* tractatus in gallicam linguam translatus cura Lvdovici Regii & Friderici Morelli prodiit 1600. f. De commentatoribus vero (*y*) in Platonis *politicam*, vide Arndivm in *bibliotheca politica* pag. 70. ſeqq. & Chrysostomi Iavelli *diſpoſitionem philoſophiae ciuilis ad mentem Platonis*, (*z*) eiusdem *morali philoſophiae*

(*y*) Proclvs praecipue commentarios in hos de *republica Platonis* libros compoſuit, ſeu lectiones in eos habitas Athenis publice, in quibus autem allegoriae infinitae obuiae ſunt; videatur Ioannes Albertvs Fabricivs in diſſ. *de ſcriptis Procli*, addita *vitae* a Marino conſcriptae, de qua ſupra. Maiori vſui eſt Antonivs Montecatinvs, cuius commentarius tam in libros de Republica, quam in tractatum de legibus, curante Caſaubono 1590. fol. prodiit.

(*z*) Contemplatiue Platonis potiùs ſunt conſcripti libri, quam practice. Raro enim praecepta eius ad vſum vitae & reipublicae adcommodata ſunt; quamuis multarum rerum ſcientiam prodant, quae interdum ambagibus & labyrinthis dictionis inuoluta ſunt. Audiamus Bernhardvm in *Nouvelles de la Republique des Lettres* An. MDCCX. Menſ. Sept. pag. 265. *Il y a, ſans doute, d' excellentes choſes dans les ouvrages de Platon*

sophiae Platonicae adnexam, quae recensetur in *actis phil.* Part. XIV. Differt. II. pag. 235--241. ac IOANNIS SLEIDANI *summam doctrinae Platonis de republica & de legibus,* Argentorati 1548. 8. Nimium his Platonis libris pretium constituit BOECLERVS in Comment. *de scriptoribus graecis & latinis,* pag. m. 16. f. edit. Argentorat. 1708. 8. (*a*) Sed lege CHRISTIANI THOMASII *Orationes Academicas,* pag. 412--421. vbi Synopsin librorum de republica, & dialogorum de legibus exhibuit, suamque simul de illis acute professus est sententiam. (*b*) A *Platone* pleraque mutuatus fuit ARISTOTELES, (*c*) nisi

Platon, mais elles sont quelque fois accompagnées de je ne sçay quel galimatias.

(*a*) CLERICVS vero Platonem carpit *Logicae* Part. IV. Cap. IX. §. IX. pag. 235. verba ita sese habent: *Plato magistro δογματικοτερος multo est, & Xenophon plurima refert Socratis colloquia, vere vt videntur habita, cum Plato multa finxerit.*

(*b*) RVDOLPHI GOCLENII *Politica Platonis* prodiit Marburgi 1607. 4. Clarissimus autem DE LA PILONNIERE *Platonis rempublicam* in gallicam transtulit linguam, Londini 1731. 4.

(*c*) Recoxit Aristoteles Pythagoraeorum Politicas praeceptiones non paucas, docent id affatim eorum fragmenta e Io. STOBAEI thesauro excerpta, & a Io. SPONDANO conuersa euulgataque Basileae

nisi quod facilius atque clarius haec proponat. Habemus autem Aristotelis *politicorum libros* VIII. (*d*) cum aliquot adhuc desint; (*e*) de quibus dicere non veremur, optimum esse inter eius scripta. (*f*) Quod autem ad nostra tempora non vbique

fileae, nec non addita Politicorum libris VIII. Aristotelis, cum Petri Victorii & Dionysii Lambini versionibus, Victoriique commentario ac Zwingeri tabulis & scholiis. Conf. Crenivs in notis ad Coleri Epistolam citatam pag. 378.

(*d*) Doctrinam moralem Aristoteles Politicae adiecit, vid. *Ethicorum* Libri I. Cap. I. Conf. *Rhetor.* Cap. IV. Ethica dicitur ἡ περὶ ἤθη πολιτική. Sed non satis firma haesit haec apud eum sententia, vti ex VII. *Polit.* C. II. adparet; de quo loco legendus est Conringivs de *ciuili prudentia* Cap. VI. pag. 98. edit. Helmstad. 1662.

(*e*) Dolemus etiam ordinem horum librorum plane esse perturbatum & mutatum, nec a quoquam rite esse restitutum, licet interpretes praecipui praeclaram adtulerint iis lucem.

(*f*) Scita vtilissima condidit in Politica Aristoteles. Prolixum nimis foret faciem omnis philosophiae ciuilis, huius philosophi delineare; id saltem animaduersione dignum putamus, principia eius exemplis LXVI. Rerumpublicarum esse illustrata, confirmata, explanata. Improbus igitur fuerit, qui formosum illud corpus, ob exiguos aliquot naeuos criminetur. Vtinam obsoleta adplicari possent ad nostras ciuitates, vtinam notitia temporum, quibus floruit Philosophus, esset nobis plane perspecta.

vbique adplicari possint, ratio haec est, quod status regnorum atque rerum publicarum nostri temporis plane diuersus est ab eo, quem descripsit *Aristoteles*, & necesse omnino esset, noua nunc colligi *brocardica politica*. (*g*) Inter editiones praecipua est *Oberti Gifanii*, Francofurti 1608. edita. Commendari ad eandem meretur DANIELIS HEINSII *paraphrasis*, (*h*) Lugduni Batau. 1621. 8. IOANNIS A FELDEN *analysis librorum politicorum Aristotelis*, Francofurti 1654. 12. & praecipue HERMANNI CONRINGII *introductio in politicam Aristotelis*, Helmstadii 1646. 4. (*i*) quae ad eiusdem intelle-ctum

(*g*) VBERTI FOGLIETAE, seu FOLIETAE, praeclarissimi viri *Diatribe de illis in quibus Plato ab Aristotele reprehenditur in Republica*, ad animum reuocari potest non sine fructu singulari; prodiit Romae 1574. 4. Conf. FERDINANDI RHOENSIS (DE ROA) Commentarios in Politicorum Aristotelis libros. Accesserunt *Repetitiones* tres de *Domino* & *Seruo*, de *iustitia & iniustitia*, de *felicitate* edit. a MARTINO DE FRIAS Salmanticae 1714. fol. De quo protulit nonnulla NICOLAVS ANTONIVS *Biblioth. Hispan.* auctorum qui post annum MD. floruere, Tom. I. pag. 296.

(*h*) Vid. DANIELIS HEINSII *Aristarchus sacer*, pag. 3. prolegom. edit. Lugduni Batauorum 1627. 8.

(*i*) M. DAN. WÜLFFERVS in *Synopsi philosophiae Aristotelicae*

ctum haud parum conducit. *De naeuis librorum politicorum Aristotelis* eruditam dissertationem edidit excellentissimus Gottlob Samvel Trever, Helmstadii 1715. 4. conf. Thomasivm l. c. pag. 437. sequ. Vt taceamus Plvtarchi (*k*) *praecepta politica*, (de quibus conf. Thomasivm l. c. pag. praesertim 431.) & Heraclidis Pontici *fragmenta de politiis*, quae exstant in Danielis Heinsii editione commendata, & a *Nicolao* quoque *Cragio* graece & latine Lugduni Batauorum 1670. 8. edita sunt, ex quibus vtilitas haud adeo magna percipitur. Heraclidis huius, (*l*) qui tempore Aristotelis floruit, *fragmenta de politiis*

stotelicae, recusa auspiciis Io. Mich. Dilherri Tom. II. Disp. Academ. Num. XXI. pag. 588. sqq. itidem inuestigauit doctrinas politicas Aristotelis.

(*k*) Perfructuose quidem Plutarchi leguntur opera politica, verum παραγγελματα popularia tantum sunt, nec vere ἐπιστημονικα.

(*l*) Heraclidis, egregii de Republica scriptoris, fagmenta nonnulla supersunt, quae vero Grammaticis potius quam Politicis inseruiunt. De Cottae, Aristoclis, Critiae, Molpidis, Persei, Proxeni, Saci, ac Sphaeri opusculis politicis autem vix tituli posteris innotuerunt. Vid. tamen Conringii *Introductionem* in *Polit. Aristot.* Cap. II.

politiis IVSTVS etiam VVLTEIVS, Romae 1545. 4. separatim edidit. *Philosophiae politicae barbaricae* denique *specimen* dedit BARTEMIVS HOLYDAY, Oxonii 1633. 4. confer *Acta Philos.* Part. VIII. Dissert. I. pag. 178. (*m*)

§. IV.

Neglecta olim *politica* ARISTOTELIS, idque, vti CONRINGIVS iudicat, praefatione ad *introductionem*, ideo, quia, cum Arabum studiis, FRIDERICI II. tempore, scripta *Aristotelis* in latinum sermonem verterentur, politica idem non experiebatur. Primam versionem *politicorum Aristotelis* multi tribuunt THOMAE CANTABRIGIENSI, qui ex *Scholasticis*, & *Alberti M.* erat

(*m*) RAPINVS, in omnibus fere doctrinae partibus comparationem instituit cum Platone atque Aristotele; sed nec discrimen nec conuenientiam inter eos philosophos in Politica commonstrauit; rationes explicat solide THOMASIVS in nota ad Orationem: *An sapientem deceat magistratum gerere* pag. 436. Orat. iunctim editarum Halae 1723. 8. Dissensum Aristoteles ipse *Polit.* Lib. II. Cap. I. II. III. IV. ostendit. Conuenientiam vero vtriusque philosophi praecipue vid. ap. LAERTIVM Lib. V. Sect. **XXX.** & ibi ALDOBRAND. in *notis*.

erat discipulus. Nouam vero *Aristotelis* versionem adornauit Leonardvs Aretinvs, (*n*) Venetiis 1500. & Lipsiae 1502. f. & post eum Ioannes Genesivs Sepvlveda, (*o*) 1608. 8. Inter *Commentatores* primus est Thomas de Aqvino, cuius commentarius cum textu Aristotelis separatim exstat. (*p*) Lipsiae 1506. f. atque alias

[*n*] *Dialogus de Moribus* Aretini huius, locum tenet etiam in Bibliotheca nostra. De reliquis meritis operibusque laudati illius auctoris, Vossivs de *Hist. Lat.* III. 5. & Aeneas Sylvivs Epist. LI. conferantur penitus.

[*o*] Sepvlvedae Politicorum Aristotelis libri VIII. cum interpretatione & scholiis, Parisiis apud Vascosanum in 4. Coloniae 1601. 4. prodierunt. Vir peritissimus Daniel Heinsivs in editione huius operis primas ei dedit. Iovivs in *Elogiis: Hodie*, inquit, *Ioannes Sepulueda Cordubensis, ipsam eximiae laudis artem obtinet, qui Graecae peritus linguae, & scientiarum prope omnium validis instructus praesidiis, dum assidue, atque ideo feliciter stilum exercet, eloquentissimus euadit:* conf. Antonivs *Bibl. Hispan.* scriptorum qui post annum MD. vixerunt Tom. I. pag. 534. Possevinvs in *Bibl. Selecta* Lib. XVI. Cap. XIV.

[*p*] Legi meretur Bellarminvs L. V. *de Pontif.* Cap. V. & in libro de *Scriptoribus Ecclesiasticis.* De hoc opere autem inprimis fauemus sententiae Gerhardi Theodori Meieri, quae ita fere sese habet: Valuit ingenio multum Thomas Aquinas, nec artis Analyticae ignarus fuit,

alias inter eius opera, olim multis aestimatus. Secutus fuit DONATVS ACCIAOLVS, Venetiis 1566. 8. IOANNES BVRIDANVS, Oxonii 1640. 4. COELIVS CALCAGNINVS, (p) cuius *paraphrasis in politicam Aristotelis* perspicua admodum est, prodiit Basileae 1544. 8. Inter elegantiores numerantur PETRVS VICTORIVS, cuius *politicum opus* exiit Florentiae 1576. f. & IOACHIMVS CAMERARIVS, (q) Francofurti 1581. 4. Praeferuntur tamen ex Germanis OBERTVS GIFANIVS, qui editioni suae etiam commentarium adiecit; PHILIPPVS SCHERBIVS, cuius notae illustres prodierunt

fuit, adeoque quia filum Philosophi sequitur, sat bene multos locos ciuiles demonstrando illustrauit; quia vero scholae magis quam vitae, contemplationibus quam lectioni historiarum, vti alii monachi, vacauit, idcirco experientiam in ipso desideramus. Conf. Praefatio in *Aristotelis Politicorum Analysin*.

[p] De COELIO CALCAGNINO vid. NICERONII *Memoires*. Tom. XXVII. STRVVII nostri *Introductionem* in *notit. Hist. Litter*. pag. 282. & Dissertationem philosophicam de *Decoro* a nobis conscriptam Halae 1735. 4. §. LV.

[q] Inuidenda elogia Camerario huic tribuit LIPSIVS Cent. I. Misc. Ep. LXXV. add. CASP. SCIOPPIVS I. *Verisimil.* VIII. pag. 24. Io. ANDR. QVENSTEDT in *Dialogo* de *patriis illustrium doctrina & scriptis virorum* pag. 172.

runt Francofurti 1610. 8. & Michael Piccartvs, cuius *commentarius* Ienae prostat 1659. 8. qui multa suppleuit ab aliis omissa. (r) Magis tamen hisce aestimatur Gerhardi Theodori Meieri *analysis politicorum Aristotelis*, Helmstadii (s) 1649. 4. quae ad intellectum Philosophi facit egregie. Addimus adhuc Cyriaci Strozzae, (t) Florentini, *libros* II. qui supplemen-

(r) Michaelis Piccarti Prof. quondam Altorff. celeberrimi, *Argumenta librorum Politicorum Aristotelis* cum praefatione iam laudata, de naeuis istius operis Aristotelici edit. Helmstadii 1715. 4. huius etiam loci sunt. Grotii illud de *Iure Belli & Pacis* Proleg. §. XLV. *Nobis propositum est, Aristotelem magni facere, sed eum ea libertate, quam ipse sibi in suos magistros veri studio indulsit:* vbique ex isto praeloquio elucet.

(s) Euulgauit Meiervs Aristotelis Politicorum analysin ac expositionem 1667. 4. Per partes autem publicae eam disquisitioni in cathedra submisit, inde ab anno 1664. vsque ad tempus illud, quo omne opus typis excusum est. Fallitur igitur auctor noster, vel typographi priorum editionum Bibliothecae huius.

(t) Cyriacvs Strozza Aristotelem egregie expressit, atque ad mentem eius efformauit supplementa, digna vt cerebro & menti Peripateticorum penitus inscribantur. Subinde vero perturbatam reddunt orationem, crebriores rerum scriptorum, ac poetarum cumprimis sententiae insertae. Recessit etiam vti facile intelligi potest, interdum ab Aristotelis placitis.

mentum praebent in Aristotelem, & rari sunt. Prodierunt primum graece Florentiae 1562. 4. latine 1573. 4. adiecti sunt Aristotelis libris, per GVILIELMVM DV VALL.

§. V.

Ex Romanis (*u*) scriptoribus primo loco nominandi essent M. TVLLII CICERONIS *libri* VI. *de republica*, quorum ipse mentionem iniicit libro II. *de diuinatione*: hodie tamen nihil amplius nobis superest, quam vt illorum lugeamus iacturam, & exiguis, quae seruata sunt, delectemur fragmentis. (*v*) Restant tamen libri tres *de legibus*,

(*u*) Perturbationibus animorum & partium studiis, commissa omni fere aeuo fuit Romanorum salus; creuit hinc res Romana incuria & imprudentia potius, quam verae prudentiae adminiculis. Atque ita scholae illorum vltra Grammaticam & Rhetoricam vix sapere videntur. Ea quoque fuit gentis istius conditio, vt silentium de publicis negotiis vtilius, quam optima de ciuitatis rebus philosophia, suadenda esset. Conf. M. CHRISTIANI GODOFREDI HOFFMANNI Dissertatio Politica de *fatis studii politici* edit. Lipsiae 1715. 4. pag. 7.

(*v*) Florentissimum ciuitatis statum Cicero adumbrare est adgressus, imitatus Platonem; minus vero reliqua

gibus, quos *commentariis* illustrauit Adrianvs Tvrnebvs, Parisiis 1557. 4. Pater quasi Politicorum merito habendus est (w) P. Cornelivs Tacitvs, cuius editionem emendatissimam atque accuratissimam iudico, quae cum notis Theodori Ryckii prodiit (x) Lugduni Bat. 1687. 12. idque

reliqua attigit politicae capita. In vulgus sat nota sunt merita ipsius, & vsus & exercitatio prudentiae regularum perpetua, quibus prae ciuibus suis reliquis polluit; scientiam autem politicam ex scriptis eius nemo addiscet; raro enim notiones distinctas, demonstrationisue euidentioris principia adposuit. Ita etiam Logicae regulae ab ipso traditae posteris, ad Topicam Rhetoricamque artem referendae potius sunt, quam ad rationalem philosophiam. Nihilominus lectione librorum illius, politicae cultoribus nihil est vtilius. Alia vero est philosophorum, alia puerorum voluminum lectio Ciceronianorum.

(w) In centuria prima *des Nouvelles du Parnasse Nouv.* LXXXVI. Apollo exprobrat Tacito multa; sed Lipsius argute huius agit caussam. Principem enim Tacitum salutat rerum scriptorum optimorum; prudentiae humanae fontem; rerum publicarum oraculum; politicorum coryphaeum &c. Hinc efficit conclusionem, manibus regum semper ferenda esse illius opera. Vid. *Lettres choisies* de M. Simon Tom. IV. Epistola XVIII. pag. 117. sqq.

(x) Mr. Amelot Ryckii editionem Taciti insigni laude condecorauit. Sufficit ei judicium tanti viri,

que ob notarum elegantiam, & textus emendationem. Praestantissima etiam est editio, quae curante IACOBO GRONOVIO, cum integris *Iusti Lipsii, B. Rhenani, F. Vrsini, M. Ant. Mureti, Curtii Pichenae, Ios. Merceri, Iani Gruteri, Val. Acidalii, H. Grotii, Io. Freinshemii,* & selectis aliorum, commentariis prodiit Amstelodami 1672. 8. 1685. 8. & 1721. 4. Vol. II. Prodierunt porro *Taciti* opera cum notis IVLIANI PICHONI in vsum Delphini, Tomus primus Parisiis 1682. 4. alter Parisiis 1684. 4. sed notae nimium prolixae diffundunt lectorem. Exstat etiam italica versio (y) BERNARDI DAVANZATI hoc titulo: *Opere*

viri, apud posteros omnes, quum obtrectationis inuidia decesserit, industriae testimonium habituro.

(y) Praecipue huc referenda sunt *opera* TACITI, in Anglicum idioma versa, cum animaduersionibus politicis, en titulum: *The Works of* TACITVS, Vol. I. *containing the Annals. To which are prefixed political Discourses upon that Author.* Volumen II. *containing his five Books of history &c. with political Discourses* prodiit 1731. auctore THOMA GORDON; versio quidem ipsa contorta est seu affectata, naturalem enim ordinem verborum plane neglexit interpres, sed dissertationes eius legi merentur, in quibus de translationibus omnium fere gentium curate edisserit. Conf. *Bibliotheque Raisonnée* Tom. VIII. Part. II. Num. III.

Opere di Corn. Tacito con la traduzzione in volgare, & con le Postille del medesimo in Fiorenza appresso di Pietro Nesti, 1673. fol. In Gallicum sermonem *Tacitum* transtulit AMELOT DE LA HOVSSAYE, *à Paris* 1690. 4. (z) quae translatio omnibus anterioribus, qualis est *Achillis de Harlay, Rudolphi le Maitre* & *Nicolai Perrot d' Ablancourt*, (a) longe antecellit.

(z) Nouem *Annalium* libros tantum transtulit AMELOT DE LA HOVSSAYE, reliquos autem auctor, qui sub litteris initialibus L. C. d. G. tegitur, vertit, eosque historicis & politicis obseruationibus eruditis instruxit; cuius interpretatio impressa est Hagae Comit. 1731. in II. Volum. in 12. & Amstelodami 1732. Ob experientiam qua edoctus Amelottus omnia tradidit, scripta huius viri ad politicam noscendam multum conducunt. Notas etiam in Politicas & Historicas digessit, in iis praeceptiones exemplis egregiis firmatae, in his rerum scriptorum animaduersiones, ad rem facientes, subministratae sunt.

(a) *D' Ablancourt* nemini fuit secundus interpres, & ad magna quaeuis natus; Mr. CHAPELAIN in *Liste des gens de Lettres* ita de eo sentit: *Il est de tous nos Ecrivains en prose celui qui a le stile le plus degagé, plus ferme, plus resolu, plus naturel. Son genie est sublime, & quoiqu'il soit sans comparaison le meilleur de nos Traducteurs, c'est dommage qu'il se soit réduit à un emploi si fort au-dessous de lui.* Prodiit autem versio D' ABLANCOVRT in III. Vol. in 12. 1681. Nihilominus GORDON, in animaduersionibus ad Tacitum

tecellit. Idem auctor elegantissimus edidit quoque *la Morale de Tacite, premier essay de la Flatterie, à Paris* 1682. 12. vbi ex traditis a *Tacito* characteres & effectus adulationis optime declarat, & praecepta pro euitando hocce vitio addit. Illud aestimandum praecipue est, quod in libri primordio accurate iudicat de diuersis auctoribus recentioribus, qui in *Tacitum* fuerunt commentati. Ex illis autem, qui hoc praestiterunt, potiores sunt *Itali*. Exstant enim PHILIPPI CAVRIANI *discursus politici in Tacitum*, (b) Italice, Florentiae 1600. 4. VIRGILII MALVEZZI *discursus Italici*, Venetiis 1635. 4. TRAIANI BOCCALINI *bilanx politica*, seu *adnotationes in Tacitum*, (c) italice, Geneuae 1669. 4. PII MVTII *considerationes in Tacitum*, Brixiae 1625. 4. His tamen

citum non parum eum carpit. Conf. *Bibliotheque Britannique* Tom. I. Art. II. pag. 37.

(b) Conf. *Melanges d'Histoire & de Litterature* Tom. I. pag. 224. sq. edit. a MARVILLIO.

(c) BOCCALINI *Commentatio supra Cornelium Tacitum* Amstelodami 1677. excudebatur; opera eius omnia autem Geneuae 1678. III. Vol. in 4. cum adnotationibus GREG. LETI & LVD. DV MAY. CASTELLANA. Vid. TOLLIVS in *adpend. ad Valer. de infel. litter.* CHIFFLETIVS *in Tenneurio Expenso* Cap. V. pag. 8.

tamen iungimus adhuc SCIPIONIS AMMIRATI *discursus in Tacitum*, (*d*) quos ex Italico in latinum vertit *Christophorus Pflugius*, Francofurti 1618. 8. *De candore* solum *politico in Tacitum* scripsit PAGANINVS GAVDENTIVS, Pisis 1646. 4. Sed vt verum fatear, difficile est ab *Italis* haurire scientiam politicam. (*e*) Isti enim ad placita

[*d*] SCIPIONIS AMMIRATI vitam descripsit DOMINICVS DE ANGELIS edit. Alecii 1706. Editioni Discursuum eius vero quam Pflugio debemus, iuncti sunt de *Regis & Regni institutione libri tres.*

[*e*] Praeiudicium Politicae Italicae iam excussit PFLVGIVS loco modo indicato; IVLIVS BELLVS in praefatione ad lectorem id declarauit luculenter. En verba: &c. Absurdam rem quibusdam videri, aiebat Pflugius, ciuilis facultatis praecepta ab iis viris tradi qui libertatem ne summis quidem labris degustant; coguntürque ad placitum potentiorum, non ad suae normam rationis disserere, & de tota republica eas plerumque sententias proferre, quae dominantium rei conducunt magis, quam naturae consentiunt. Quaedam excusanti mihi, [Bello] quibusdam aperte refraganti, sapienter subiungebat, plurimis saltem Italorum non eximi, quin verbosis dissertationum maeandris, & phaleratis nimium circuitionibus, adeo discurrant, vt haud raro in orationis flumine mentis gutta desideretur, nihilque discursibus iis esse videatur hominibus ad solidam doctrinam adspirantibus, mouendo fastidio, stomachoque aptius, eccur veterum auctorum discursus posthaberi, quos historiis suis passim pulcher-

cita potentiorum compositi viuunt, ideoque vera libertate sentiendi destituuntur, praeconceptis opinionibus inhaerent, &, si quid noui statuunt, plerumque in excessum rapiuntur, vt politici peruersi. (*f*) Ex Germanis, qui illud egerunt, prae-

cherrimo rerum delectu, qua politice, qua geographice, interserere consueuerunt? profecto satius esse, horum digressiones vna, cum rebus grauissimis, ex quibus eliciuntur, admirari, quam eorum, qui sententiolam casu excerptam, quatuor exemplis, totidemque similitudinibus circumuestitam, tanquam folium Sibyllae credulis ingerunt. Conf. de *Philologia, studiis liberalis doctrinae tractatus*, quos THOMAS CRENIVS recensuit pag. 327. edit. 1696.

(*f*) Aurea verba PHILIPPI CAVRIANAE, Medici *Catharinae de Medicis*, adtexere liceat: *Il y a très peu de gens, qui entèndent bien ses Annales*, (Taciti) *& cela vient de ce qu' on s' arrête aux traductions & aux expositions des Commentateurs, sans conferer ce qu' il raconte avec les moeurs & le procedé ordinaire des hommes, & particulierement avec les actions des Princes; car comme Tacite decouvre tout ce que les Princes de son temps faisoient, les vertus & les vices de nos Princes donnent reciproquement l' intelligence de tout ce que dit Tacite. Au reste les gens qui auront frequenté la Cour, ou les Armées, pourront expliquer fidelement cet Auteur, sans le secours d' aucun Interprete:* Haec legimus in limine libri: *La Morale de Tacite. De la flaterie*, edit. Parisiis 1686. 12.

praecipui sunt Ioannes Henricvs Boeclervs, cuius *commentarius in primordia Annalium Taciti & historias*, Argentorati prodiit 1664. 8. licet non vbique doceat iudicium pragmaticum, & Christophorvs Forstnervs, cuius *notae ad libros Annalium Taciti*, prodierunt Francofurti 1662. 12. multis aestumatae quidem, nec tamen vbique satis accuratae.

§. VI.

Inter systematicos aestimabatur (*g*) olim Ioannis Althvsii *politica*, Herbornae (*h*) 1655. 8. praeferenda tamen est Balthasaris Cellarii (*i*) *politica succincta*,

(*g*) Cumprimis auctor illustris nominare potuisset Marci Hieronymi Vidae, episcopi Albensis, dialogos *de dignitate reipublicae*; liber hic rarissimus recusus, additus est poematibus dicti praesulis, in lucem datis a Comino Patau. 1733. Dialogi Cremonae 1556. prodierunt, sed nulla vnquam iterata fuit editio, hac, de qua diximus, excepta. Poemata inscribuntur, M. Hieron. Vidae *Poemata omnia, quae ipse viuens agnouerat.*

(*h*) Inter Monarchomachos Althusius locum tenet, atque eos, qui honesti doctrinam in politica attingunt.

(*i*) Tironibus ita olim commendabatur Cellarii Politicae expositio, vt charior haberetur nulla.

cincta, quae ad statum imperii nostri est accommodata, & prodiit Ienae 1653. 8. Accedunt IOANNIS CHRISTOPHORI BECMANNI *meditationes politicae*, (*k*) Francofurti ad Viadr. 1679. 8. IOAN. FRIDERICI HORNII *architectonica politica*, quae Vltraiecti 1663. 12. edita, & recusa est Francofurti 1672. 8. multis olim aestumata, cum nouandi studio quandoque capiantur lectores, sed imperfecta est, & parum accurata. DANIELIS CLASENII *politicam*, Magdeburgi 1655. 8. tanquam perspicuam laudarunt multi. GEORGII SCHOENBORNERI *politicam* alii ob intermixtas materias iuris publici commendarunt. Systema maius est CHRISTIANI MATTHIAE, cuius *systema politicum*, Giessae 1678. 4. editum, ad disputandum magis est comparatum. HENNINGI ARNISAEI *relectiones politicae*, Argentorati 1648. 4. imperfectae sunt: multa ex antiquis proferunt, sed male applicata. (*l*) CHRISTOPHORVS BESOL-

(*k*) Iuri publico & Politicae perturbationem quandam adtulit Becmannus, vir ceterum ingenii acuti.

(*l*) Exstat etiam ARNISAEI *Doctrina politica* Lugduni Batauorum 1643. impressa; vt & eodem anno Amstelodami apud Elzeu. haec autem pluris putatur; licet Arnisaeus locum potius occupet inter iuris doctores, quam prudentiae verae scriptores.

Besoldvs in *opere* suo *politico*, quod Francofurti 1717. 4. & Argentorati 1641. 4. prodiit, magis respexit ad certa argumenta, quae singularibus dissertationibus deduxit, quam vt isto systemate sua comprehenderet, licet commendandus in quibusdam sit. *(m)* Hi tamen cum alias iudicio pragmatico, quod ad politices interpretationem requiritur, non ita fuerint instructi, hodie non adeo multam vtilitatem praebent. Nec enim in regulis solum quaerenda est politica, potius rationibus & exemplis. M. Zverii Boxhornii *Institutiones politicae, (n)* Amstelodami 1663. 12. quibusdam arrident,

(m) Collectaneorum molem, & sententiarum variorum auctorum adparatum, non immerito dicimus amplum Besoldi opus; in quo politicae praecepta, interdum cum iuris publici romano-germanici legibus confunduntur. Ad Platonis mentem quoque potius adligauit scripta, quam ad Aristotelis placita; hinc mysticae Theologiae saepe indulget; id quod ex adlegationibus crebrioribus Arndii, Eccardi, Tavleri, Weigelii, facile intelligitur: Voluminum singulorum argumenta percensuit Christianvs Thomasivs in *Orationibus Academicis* Oratione III. pag. 518. sqq. Vita eius adiecta est *Synopsi rerum* ab O. C. *gestarum* edit. 1639. add. Fischlin. in *suppl. ad memor. theol. Würtemb.* pag. 172.

(n) Lugduni Batauorum 1657. in 12. & 1668. 12.

 item

dent, quae cum notis GEORGII HORNII (o) prodierunt Lipsiae 1657. 12. alii tamen ob nimiam libertatem eundem inter monarchomachos referunt. (p) ADRIANVS HOVTVYN *politicam contractam generalem* scripsit Hagae 1681. 8. (q) sed, praeterquam

item Lipsiae 1659. & 1672. 12. nec non cum obseruationibus G. HORNII Amstelod. 1668. & Vltrai. 1702. *Emblemata Politica* 1634. ac *Differtationes Politicas* 1651. in 12. emisit in lucem idem Boxhornius. Laudandae inprimis eius *Disquisitiones Politicae*, id est nouem casus politici ex omni historia selecti. Hagae Comitum 1650. & 1655. 12. Erfurti 1664. 12. Disquisitiones istae memorabiles prodierunt etiam s. t. *Recherches Politiques très curieuses, tirées de toutes les Histoires, tant anciennes que modernes*, interprete FRANÇOIS SAVINIEN DALQVIE Amstelodami 1663. 8. & 1663. 12.

(o) Temporibus suis, & statui Reipublicae Belgicae, adcommodauit omnia HORNIVS, sicut etiam ipse Boxhornius Institutiones suas ad eam composuit, alibi alia ratio est.

(p) De vita & scriptis BOXHORNII vid. *Memoires des Hommes Illustres* Tom. IV. pag. 189. sqq. & infra §. XXXI. huius capitis.

(q) Euclidis methodum HOVTVYNVS seruauit aliqua ex parte; haud vero politicae titulus, sed iuris ciuitatis inscriptio praefigenda merito esset operi. HERTIVS quidem vere obseruauit *Opusculorum* Tom. I. Sect. II. pag. 77. quod Graecis est πολιτικη Ciceronem dixisse Lib. II. de *Officiis* ciuilem prudentiam, aut scientiam, vel reipublicae gerendae rationem omnem, sed iam insolitum est, vocis illius vsum latius protendi.

quam quod in iure gentium ſit potior, ob ſtatuendi libertatem liber eſt periculoſus. IOANNIS HENR. BOECLERI *inſtitutiones politicae* Argentorati prodierunt 1674. & 1688. 8. quae, licet anſam praebeant ad pleniores meditationes politicas, imperfectae tamen ſunt, nec omnes politicae partes exhauriunt, potius hoc inſtituto ſcriptae, vt priuatis diſcurſibus explanentur. CHRISTIANI WEISII *Compendium politicum*, Zittauiae 1682. & 1691. 8. tironum vſibus optime inſeruit. Praeferimus tamen omnino IO. FRANCISCI BVDDEI (r) *inſtitutiones politices*, in *elementis philoſophiae practicae* obuias, quae, breues licet ſint, facile tamen exemplis hiſtoricis illuſtrari poſſunt egregie. (s) Neruum habent IVSTI LIPSII *poli-*

(r) De vita & ſcriptis BVDDEI generatim vid. *Bibliotheque Germanique* Tom. XXII. Artic. VIII. pag. 121. & IO. GEORG. WALCHIVS *in der Einleitung in die Religions-Streitigkeiten* Tom. III. pag. 246. ſqq. *Auserleſene Theologiſche Bibliothec.* Volum. IV. pag. 670. KLEFKERVS in *Bibl. Erud. praecoc.* pag. 49.

(s) Hanc BVDDEI *politicam* illuſtris NICOLAVS HIERONYMVS GVNDLINGIVS interpretatus eſt in praelectionibus academicis, impreſſis poſt fata eius ſ. t. *Ausführlicher vnd mit illuſtren Exempeln aus der hiſtorie vnd Staats-Notiz erläuterter Discours über weyland Herrn* D. FRAN-

politicorum, ſeu *doctrinae ciuilis libri* IV. Lugduni Batauorum 1590. 8. (*t*) ex officina Plantiniana primum editi, quorum optima cenſetur editio a IO. FREINSHEMIO Argentorati facta 1648. 8. quibus accedunt eiusdem *Monita & exempla politica* ad libros duos tantum Politicornm directa, exempla tamen ex hiſtoria antiqua ſunt petita. *Commentarium* in *Lipſii politicam* praebet IOANNIS CHOCKIER *theſaurus aphoriſmorum politicorum*, quem Romae primum publicauit 1610. 4. (*u*) poſt Leodii 1642. f. Proſtat etiam

CISCI BVDDEI, SS. Th. Prof. *Philoſophiae practicae Part.* III. *die Politic; ehemahls aus des hochberühmten Herren Geheimten Rath* GVNDLINGS *eignem Munde von fleiſſigen Zuhörern in die Feder gefaſſt, vnd nunmehro, wegen ſeiner Vortrefflichkeit, dem Publico mitgetheilet, ſamt doppelten Regiſter der angeführten Autorum vnd abgehandelten Materien*; cum praefatione D. IACOBI AVGVSTI FRANCKENSTEINII, in qua hiſtoria politicae, breuibus diiudicatur. Francofurti & Lipſiae 1733. 4.

(*t*) Recuſ. Pariſiis 1594. 12. Antwerpiae 1606. 8. Tu vide ſi lubet de iis BAVDIVM Epiſtolar. Cent. III. N. XXXVI. pag. 349. edit. Amſtelod. 1654. 12. Iſtic eſſe neruos prudentiae Politicae, & nihil Lipſio vel doctius vel compoſitius, IOACHIMVS PASTORIVS opinatur, in *Palaeſtra Nobilium* §. XXVIII.

(*u*) IOANNES A CHOKIER vtiliſſimas veritates a Lipſio declaratas, plerumque non attigit, ad nauſeam

etiam *theatrum prudentiae elegantioris ex Iusti Lipsii (v) libris Politicorum,* erectum a Ioanne Friderico Reinhardo, (w) cum praefatione *Conradi Samuelis Schurtzfleischii,* Wittebergae 1702. 4. in quo singula a Lipsio neruose tradita luculenter exponit, saepe etiam exemplis illustrat, licet in his etiam antiquiorem historiam potius sequatur. Ita vt defectum hunc in politicis non possimus non lugere, nullum adhuc exstare,

nauseam vsque exemplis tantum, sententiisque dispersis ab eo compilatis; nec cum Lipsio comparandus est ille auctor. *Quantum lenta salix pallenti cedit oliuae ?*

(v) Lipsii in politicam merita praeclara quidem sunt, sed Machiauelli redolent, si penitius rem pensitamus, errores. Praeualent apud eum fata consiliis, Stoicorumque necessitas, animi eius aciem praestringit. In fauorem sui autem multos pertraxit, quoniam fontes prudentiae, vnde hausit, adfert, & politicam a naturali iure verissime distinguit. Monarchiam praeterea vnice laudibus amplificat; nec Aristocratiae, nec Democratiae naturam, statumue, explanat. De operibus eius alio loco dictum fuit. Vitam eius Avbertvs Miraevs concinnauit, praemissam libris iunctim editis Lugduni 1613. separatim vero ea impressa est Antwerpiae 1609. 8.

(w) Reinhardi opus illud, thesaurus locorum communium Politicae adpellari iure summo potest. Ceterum auctor, a Conringio atque Obrechtio, duumuiris illis incitatus, scripsit.

re, qui exemplis ex recentiori historia petitis sua illustret, quae tamen nostro statui maxime conuenirent. Praeter dissertationem egregiam *de Politicis Lipsianis*, Argentorati primum 1642. editam, post Francofurti 1674. & in Tom. III. Dissert. a. I. A. FABRICIO Hamburgi 1712. 4. vulgato, Num. III. recusam, prostant etiam IO. HENRICI BOECLERI *ad Lipsii politica praelectiones*, a IO. HENRICO MOLLENBECCIO inter auctoris *tractatus posthumos*, Francofurti 1709. 8. editae. Lectu etiam dignissima est IOAN. PHILIPPI SLEVOGTII, viri summi, *de Iusto Lipsio, deque libris eiusdem politicis* dissertatio ἀνωνύμως edita. Ad Systematicos porro pertinet RVDOLPHI GODOFREDI KNICHENII (x) *opus politicum, in tribus libris omnes ad doctrinam politicam, tam quoad pacis, quam quoad belli administra-*

(x) Auctoritati scriptorum adhaeret, tamquam glebae adscriptus KNICHENIVS. Ratione recta fere nunquam vtitur; effatis vel Historici vel ICti, vel Oratoris, vel Philosophi, vel doctoris christiani coetus, vel Grammatici, vel lippi & tonsoris, probaturus in medium prolata. Nauseam quoque excitat methodus balbutiens & barbara scholasticorum. Adstipulatur ex parte CHRISTIANVS THOMASIVS in *Obseru. Osslea*. 160. pag. 346. Vid. etiam *Acta Eruditorum* An. MDCLXXXII. pag. 252.

ministrationem, & tranquillum ac turbulentum rerumpublicarum statum, nec non Ius P. S. R. I. *spectantes materias exhibens,* &c. Francof. 1682. fol. (*y*) Andreae Rvdigeri *Klugheit zu leben vnd zu herrschen,* (z) Lipsiae 1722. 8. Ephraimi Gerhardi *Einleitung zur Staats-Lehre*, Ienae 1713. 8. Ioannis Nicol. Hertii *Elementa prudentiae ciuilis*, Francofurti (zz) 1703. 8. Ivlii Bernhardi de Rohr (*a*) *Einleitung zur Staats-Klugheit,*

(*y*) His accedit *Traité de la Société civile, & du moyen de se rendre heureux, en contribuant au bonheur des personnes, avec qui l' on vit; avec des observations sur divers ouvrages renommés de Morale, par le Pere* Bvffier, *de la Compagnie de Iesus, à Rouën* 1726. 12. D. Iosephvs Grillo autem, aphorismos & regulas politices rationales proposuit s. t. *Politica ciuile e militare*, Messanae 1730. 8. Voigtenii denique *Neue vnd gründliche Anleitung zur Staats- oder Rathgebenden Klugheit*, prodiit 1737. sed leuioris pretii est opus.

(z) Rvdigervs, Buddei doctrinas patefecit & retulit in apertum.

(zz) In Hertii elementis rationes atque exempla ex recentiori historia depromptae occurrunt; & hoc nomine prodest ad iungendam veritatibus politicis illustrationem; ast vbique Aristoteli haesit comes auctor.

(*a*) Generosissimus *de* Rohr, cumprimis vsus iis quae Seckendorfivs decreuit, quo auctore pro-

 diisse

Klugheit, Lipsiae 1718. 8. IOANNIS IACOBI LEHMANNI *Kurtze doch gründliche Anleitung, die allgemeine vnd Staats-Klugheit gründlich zu erlernen, vnd leicht zu practiciren*, Ienae 1714. 8. (*a*) & WOLFGANGI HEIDERI *philosophiae politicae systema*, Ienae 1728. 4. prodierunt.

§. VII.

Magna negotia magnis adiutoribus egent; hinc CHRISTIANVS WOLFIVS etiam, cuius virtus supra eloquentiae vocabula constita est; ingenii neruos in id intendebat anno vicesimo primo aeui huius, vt Philosophiae Ciuilis, seu Politicae elementa, missis aliorum principiis excentricis, conderet. En ipsius operis titulum: *Vernünfftige Gedancken von dem Gesellschafftlichen Leben der Menschen, vnd insonderheit dem gemeinen Wesen, zu Beförderung der Glückseligkeit des menschlichen Geschlechts, den Liebhabern der Wahrheit mitgetheilet.* (*b*) Non can-

diisse librum inscriptum: *Fürsten-Staat*, deinceps §. VIII. declarabitur.

(*a*) De LEHMANNO vid. *Ienaische monatliche Nachrichten* A. 1726. pag. 426.

(*b*) Halae 1721. 8. secunda vero editio ibidem 1725. &

cancellis, Politicam inclusit angustioribus, auctor, sed & Oeconomiam, quam multi secernunt ab ista doctrina, illuminauit ita, vt in parte priori omnis operis, priuata res, in posteriori autem, res publica sit scientissime adumbrata. Consulta bene, cesserunt ei optime. Quae in societate, generatim pariter ac speciatim, exercendae fugiendaeque sint actiones, definit grauiter; coniugum, parentum, liberorum, heri ac familiae totius, expeditis officiis. Hunc fere in modum, de hominum moribus, qui in societatem maiorem ciuitatemue coaluerunt, commentatur; rerumpublicarum formas prudenter constituendas constitutasue; rationem legum ciuilium; principum potestatem; subiectorum iura; belli pacisque fontes, media, fines, eo inspicit doctorum nemo penitius. (c) Id mirum quan-

& tertia 1736. 8. typis renouata fuit. Summam eius vid. in *Actis Erudit. Lips.* An. MDCCXXII. Mens. Ian. Art. VII.

(c) Praeclara elogia Wolfivs adscribit Sinensibus, ob scita politica ab iis formata. Confer ad hoc argumentum illustris Georgii Bernhardi Bülfingeri *specimen doctrinae veterum Sinarum moralis & Politicae; tanquam exemplum philosophiae gentium ad rempublicam adplicatae: excerptum ex libellis Sinicae gentis classicis, Confucii siue*

quantum profuit ad explicationem istam Politicae, iungendumque veritati praesidium, Metaphysica; (d) cuius veritates Wolfius vbique adhibuit, haud posthabitis Ethicae praeceptionibus. Vnde quilibet facile colligat, istis principiis minus imbutum, in politicae studio, solido stabilique haud insistere fundamento; nec impense teneri libro illo Wolfii, philosophiae contemplatiuae lectores rudes. Nobis vero spes est iucunda, fore vt systema suum, tam apte inter se congruentibus notionibus connexum, ad exemplum reliquarum disciplinarum, in latino idiomate quamprimum amplissimis adornet accessionibus; quarum exspectatione supra modum nos torqueri, fatemur.

§. VIII.

Politicam non ex ratione status, sed ex

siue dicta siue facta complexis. Accedit de Litteratura Sinensi dissertatio extemporalis. Francofurti ad Moenum 1724. 8.

(d) Metaphysicae adplicatio, est ratio princeps, cur Politica etiam, mox turbam aduersariorum in se concitauerit WOLFIVS. Quum vero de rixoso clamore eorum, Tomo I. Bibliothecae nostrae nonnulla sint tradita, plura addere non libet.

ex christianismi principiis, deduxerunt, vel saltim cum iisdem combinarunt alii. Primus, qui illud egerit, est Lambertvs Danaevs, (e) cuius *politica christiana*, prodiit Lugduni 1606. 8. (f) Secutae sunt Ioannis Stephani Menochii *institutiones politicae e SS. litteris*, libri III. Lugduni 1603. 8. & Samvelis Stvrmii *politica christiana*, Bremae 1666. 12. Egit illud quoque Theodorvs Reinking in *biblischer Policey*, Francofurti 1646. 4. edita. Praeterendus tamen est Christophorvs Besol-

(e) Danaei Aphorismos euulgauit deinde quidam Abrahamvs Gölnitz Dantiscanus, latens sub vocabulis his: *Animi Grati Debitum*, & *Antecedit Gloriam Depressio*. Lugduni Batauorum 1639. 12. Accesserunt exempla ab Everardo Bronchorst ex Historicis scriptis collecta, & animaduersiones editoris. Laudatur a Crenio de *Erudit. compar.* pag. 394.

(f) Mosis politicam explanauit prae ceteris Wilhelmvs Zeppervs in *legum Mosaicarum forensium succincta explanatione*, *notis aucta a* Io. Heinr. Schrammio Herbornae 1704. 4. Anonymi *Consilia sapientiae* ex Salomonis scriptis praecipue hausta, germanice versa a Samvele Francisco Holsteinio, Norimbergae 1691. 12. prodiere. De interpretatione recentiori libri huius consule *Vnschuldige Nachrichten* An. 1707. pag. 919.

SOLDVS (g) *de consilio politico*, Tubingae 1622. 8. qui per certa axiomata Politicum ex fundamentis theologicis formare studet. Elegantissima est DIDACI SAAVEDRAE *idea principis christiano-politici*, (h) Coloniae 1680. Amstelodami 1657. 12. & germanice Ienae 1700. 12, qui liber, si quis alius, plane egregius est, principem enim non ad rationem Status corruptam, quam plane reiicit, sed veritatem christianam instruit in omni regiminis parte, atque singula historicis illustrat exemplis. (i) Hisce si addemus VITI

(g) Conf. SAGITTARIVS in Introd. ad Histor. Eccles. pag. 173. ARNOLDVS *in der Kirchen- und Ketzer-Historie* P. II. L. XVII. Cap. III.

(h) DIDACI DE SAAVEDRA FAXARDO opus egregium Hispanice ita inscribitur: *Idea de un Principe Politico Christiano representada en cien empresas; dedicada al Principe de las Espannas.* Prodiit Monasterii Westphalorum 1640. 4. nec non Mediolani 1642. Latine autem Bruxellis 1649. Titulum etiam fert; *Symbola Christiana Politica.* Venetiis 1648. recus. & Amstelodami 1652. Vitam eius breuibus enarrat ANTONIVS in *Bibliotheca Hispanorum* qui post annum MD. floruere Tom. I. pag. 241.

(i) BACO DE VERVLAMIO de *Augmentis Scientiarum* Lib. VII. Cap. I. Prouerbia Salomonis patefacere aditum nobis ad Politicam, ostendit; id quod ab aliis etiam dudum est indicatum; indeque orta IOSEPHI HALL *Ethica Politica & Oeconomica Salomonea*, citata supra Partis huius bibliothecae nostrae Cap. I. §. III.

Viti Lvdovici a Seckendorf *Christen-Staat*, qui saepius prostat, *(k)* non aberrabimus. Hic, licet potius iura principis circa sacra declaret, & rationem componendarum rerum ecclesiasticarum, studium tamen boni principis in promouendo christianismo aeque explicat. Refer huc quoque Iacobi Benigni Bossvet *Politique tirée de l' Ecriture Sainte, à Bruxelles* 1710. 8. in vernaculam transfusam Argentorati 1712. 8. *(kk)* Curiosa quoque est *Politica*

(k) Editio Lipsiensis 1685. 8. praestat. Moralia plura scripta, vir virtuti simillimus reliquit, nimirum primaria capita fidei & morum doctrinae christianae, Francofurti 1689. excusa; vt & politicas pariter ac morales adnotationes in *Lucanum*, post fata eius editas 1695. 8. Lipsiae. Conf. *Historiam vitae ac meritorum perillustris quondam Domini* Lvdovici a Seckendorff *Equitis* &c. &c. *in rem tam publicam quam litterariam incomparabilium, ex documentis editis ineditisque studiose collecta & publici iuris facta a* Dan. Godofredo Schrebero 1734. 4. Lipsiae. & beati Ivsti Breithavpt *Programmata selecta de vario argumento in diuersis academiis publice proposita.* N. II. pag. 17. edit. secund. Halae 1703. 8. & *Noua Acta Eruditorum* Mensis Ianuarii A. MDCCXXXVI. pag. 35.

(kk) Friburgi Brisgoiae 1740. 8. excusum est opus cui index: *Idea exacta de bono Principe, cuius officium requirit curam gerere de bono Republicae*

litica e Religione, seu *politica & religio in persona, dictis & factis Iesu Christi, secundum Euangelium S. Ioannis demonstrata* a Comite IOANNE BAPTISTA COMAZZI, Neapoli 1706. 8.

§. IX.

Alii fuerunt, qui Principis statum formare, singulari scripto adgressi fuerunt.

cae seu totius Regni. Administrationem exactam iustitiae: coercitionem malorum: defensionem verae religionis, & veri cultus diuini: manutenentiam subditorum in suis iuribus, & bonis fortunae, ac contra iniurias extraneorum: studium boni publici cum salutaribus legibus, vt honeste viuatur, alter non laedatur, & vnicuique suum tribuatur: pax & tranquillitas inter subditos conseruetur: & quidquid publicam felicitatem promouere possit, non intermittatur, diuisa in quinque partes &c. auctore COELESTINO I. monasterii S. Trudperti, Austriacae fundationis in Brisgoia, Abbate. Status Eccles. anter. Austr. membro. I. V. D. Philos. ac Theol. Scot. emerito Professore; qui Pontificiorum doctrinas cum Politicae iurisque omnis decretis est conciliaturus. Sed difficile est satyram non scribere; licet Coelestinus in praefatione pronunciet: *Nihil hic mordax, aut satyricum inuenies, nihil quod concláuia Principum irreuerenter attrectet*; & paullo ante: *illud inprimis cupio, vt procul omni inuidia eo librum animo suscipias, quo a me conscriptus est.*

runt. (*l*) Ex Italis illud egit LVDOVICVS CARACCIOLVS in *ſpeculo principum*, ſeu *principe politico*, Placentiae 1659. 4. quem auxit LAVRENTIVS LONGVS. Ex Hiſpanis

(*l*) Vtinam ſcriptores huius §phi illud *M.* DE PYBRAC, *Quadrain* C. obſeruaſſent:

Aime l' Etat tel que tu le vois être;
S' il eſt Royal, aime la Royauté;
S' il eſt de peu, ou bien communauté,
Aime l' auſſi, quand Dieu t' y a fait naitre.

Sed ſcinduntur in partes, praecipue Monarchomachi & Machiauelliftae, de quibus deinceps; tu vide inprimis *Politiques Royales* de FRANÇ. GRAVELLE edit. Lugduni 1596. 8. & *Maſſime politiche del Prencipe, per il governo dello Stato e per il maneggio della guerra, ove ſi parla della politica dell' inquiſizione, eſtratti da i mig.iori Autori claſſici, per* NICCOLO CIANGVLO, 1729. 8. Ἀγαπητοῦ τοῦ Διακόνου σχέδην Βασιλικὴν, &c. AGAPETI *ſchedam regiam praeceptorum de officio boni principis ad Imperatorem Iuſtinianum*, recenſuit, notis IACOBI & IAC. PANCRATII BRVNONVM, & ſuis, indicibusque inſtruxit IOANNES AVGVSTINVS GROEBELIVS, Lipſiae 1733. 8. I. B. S. *v.* E. *Grundriſſ der Fürſtenkunſt, wornach ein Regente ſich groſs vnd ſeine Vnterthanen glücklich machen kan. Franckenberg an der Warta* 1734. 8. Praecepta auctoris hiſtoriarum monimentis redduntur dilucida, nec ſine fructu legi poſſunt. *La Verita ſenza velo, circa il buon gouverno dello Stato d' un Sovrano*, Venetiis impr. in 4. 1737. notitiam aperit haud vulgarem.

nis (*m*) SEBASTIANVS FOXIVS *de regni & regis institutione*, Antwerpiae 1566. 8. Ex Gallis (*n*) huc pertinent: *Consilia* IOANNIS

(*m*) BALTHASARIS GRACIANI missum facere non possumus opus: *El Politico Don Fernando el Catholico*, translatum s. t. *Reflexions politiques de* BALTHASAR GRACIAN *sur les plus grands Princes, & particulierement sur Ferdinand le Catholique. Ouvrage traduit de l' Espagnol, avec des Notes historiques & critiques, à Paris* 1730. 12. Notae editoris & translatoris sapiunt eruditionem, quae ad farinas facit, quibusque naeui Graciani, inprimis adulatio eius, euelluntur; sed minus fauet Ferdinando auctor, adeo illi inuisus esse videtur, & censor nimis rigidus morum dicti principis. E contrario GRACIANVS, in vita nisi laudandum, aut sensisse, aut dixisse, aut fecisse Ferdinandum, opinatur.

(*n*) Ego quidem crediderim, PHILIPPI DE COMINES, seu COMINAEI, recentioris aeui Polybii illius, scripta, Enchiridia esse debere omnium regum. *Dignus Alexandris omnibus hic Philippus:* sunt verba LIPSII in notis ad Lib. I. *Politic.* Et quis est qui viri illius non cum caritate aliqua & beneuolentia memoriam vsurpet? non enim in vsum vulgi, sed illustrium, ingenii reliquit monimenta. Ipsa historia illius Gallice conscripta, ab omnibus fere gentibus translata fuit. Praestat vero curante IOANNE GODEFROY in V. Tom. in 8. Bruxellis impressa A. 1723. Hinc etiam P. MATTHIEV sub finem Historiae *Ludouici* XI., auspiciis *Henrici* magni, adiecit *Recueil de Maximes, jugemens & observations Politiques, tirées de Philippes de Comines*; sed nimia

nis Bodini & Favsti Longiani, *de principe recte instituendo, cum praeceptis cuiusdam principis politicis, quae bene instituto in imperio obseruanda, ex Gallica, Italica & Castellana lingua latine reddita a* Ioanne Bornitio, Vinariae 1602. 8. recusa Erfordiae 1603. 12. Ex Belgis Philippvs Marnixivs *de institutione principum*, Franeckerae 1615. 8. Fecit illud ex Germanis Georgivs Engelhardvs Loehneysen, cuius *Hof-Staats- vnd Regier-Kunst* ex editione altera, cura Ioannis Andreae Gerhardi, Francofurti 1679. fol. prodiit. (*n*) Ante huncce Melchior *ab* Osse

nimia breuitas displicet. Quam ob caussam lectoribus nostris commendamus cumprimis: Anonymi *Recueil de Maximes veritables & importantes pour l' institution du Roy. Contre la fausse & pernicieuse Politique du Cardinal Mazarin, pretendu Sur-intendant de l' education de sa Majesté* Parisiis 1653. 12. qui tam Cominaei, quam aliorum scriptorum politicorum, digessit praecepta saluberrima; licet interdum dicax sit, & emittat aculeos seueritatis in eos, quorum caussa defendi iure potest.

(*n*) Ioannes Mariana, Hispanus e societate Iesu, de *Rege & Regis institutione* Libros III. ad Philippum III. Hispaniae Regem catholicum 1611. 8. conscripsit; verum exigui moduli scriptor est, qui auctoritatem principum, infami probabilismo morali nisus, labefactat, opinionum-

 que

OSSE *prudentiam regnatiuam* scripsit, *vnd Bedencken ein Regiment wohl zu bestellen, zu verbessern vnd zu erhalten*, quae postea in latinam linguam translata per CASPAREM PISTORIVM prodiit Francofurti 1609. fol. Idem composuit iussu Electoris AVGVSTI tractatum manuscriptum *de emendando statu in electoratu Saxoniae.* Titulo *Testamenti* in lucem hunc integrum produxit, & animaduersionibus praestantissimis atque praefatione ornatum vulgari Halae 1717. 4. curauit illustris THOMASIVS. ANTONIVS GVEVARRA (o) in *horologio principum* ex editione

que monstra alit. Iure itaque summo a carnifice Parisiis est combustus iste liber, quam ob caussam raritate solum se commendare potest. Vid. WESTPHALI Epist. I. *de libris combust.* *Lit.* A. 7.

(o) ANTONII DE GVEVARRA celebratissimum opus est: *Relox de Principes : ò Marco Aurelio:* siue eius imperatoris vita & res gestae quasi ab isto Caesare conscriptae. Liber omnis est suppositiтius, auctoremque habet vnice Gueuaram. Apparent autem in eo expressae excellentis ingenii notae, principibusque cognitu perutiles veritates; hinc horologium principis vocatur. Vid. VOSSIVS de *historicis Graecis*, apud ANTONIVM in *Bibl. Hispan. nou.* Tom. I. pag. 99. Tacitus alter cognominatur iste liber non raro, Friderici Guilielmi Saxoniae ducis auspiciis latine, cum animaduersionibus editus a VANKELIO. Torgae 1611.

tione Ioannis Wanckelii, Francofurti 1664. 4. Principem potissimum iuuentutis format, multis ideo aestumatus. Praeferendus est reliquis Viti Lvdovici *a* Seckendorff, *Teutscher Fürsten-Staat*, Gothae primum 1655. 8. editus, & post haec saepius apud nos, (*o*) & recentissime anno 1720. cura Andreae Simsonis Biechlingii recusus. (*p*) Hic enim in Germania nostra, ad quam potissimum accommodatus est, perutilis, atque iura principum belle examinat. (*q*) Quantum autem ex ipsa historia princeps instrui possit, elegan-

1611. in fol. recus. Lipsiae 1615. nec non 1624. Taceo Hispanorum Italorumque editiones. Apud Gallos Parisiensis 1588. 8. impressa, assiduis manibus euoluitur. Sane Anchisis illud:

Tu regere imperio populos, Romane memento:
Hae tibi erunt artes, pacique imponere morem,
Parcere subiectis, & debellare superbos.

sedulo animis instillasse videtur, & explicasse.

(*o*) Francofurti 1665. 4.

(*p*) In Lamberti Danaei *Aphorismis de optimo principe*, *& eius officio ex Plinii panegyrico* edit. II. 1606. 8. eadem summa consistit; sed ex errore monarchomachorum pendet auctor, ac saepe per eum labitur.

(*q*) Seckendorffivs reliquit etiam MSS. sed ea nondum prodiisse in lucem dolemus; catalogum eorum vid. in *Historia vitae ac meritorum* eius a Schrebero compilata 1734. sub finem.

gantiffime docuit IOANNES HENRICVS BOECLERVS, in *hiftoria, fchola principum,* Argentorati 1641. 4. Tomo quoque I. *Differtationum Academicarum* a FABRICIO vulgatarum, inferta deprehenditur haec commentatio. Quo potiffimum faciunt hiftorici pragmatici, de quibus in *diatribe ifagogica* BOSIVS prolixius differuit. Lege hic *Teftament politique d' Armand du Pleffis Cardinal Duc de* RICHELIEV, editum 1688. 12. quod ftatui principum in melius promouendo idonea fuppeditat. (*q*) *De ftudiis principi com-*

(*q*) Monachii 1731. fol. prodiit: *Annus Politicus per duodecim Difcurfus, tum Critico-Politicos, tum Politico-Hiftoricos, euolutus*, quibus explicantur principia, principi regnum aufpicaturo neceffaria, in vfum fereniffimi principis electoralis MAXIMILIANI IOSEPHI, vtriusque Bauariae & fuperioris Palatinatus ducis, comitis Palatini Rheni, Landgrauii Leichtenbergenfis Auctore IGNATIO FRANC. XAVERIO DE WILHELM, *Sereniffimi Elect. Bau. Confiliario intimo actuali, & liberi comitatus Hagenfis adminiftratore.* Quamuis liber fua mole fatifcat, feque difficulter regat; attamen eum legere expedit, quum exempla praeclara in fidem argumenti arceffere foleat illuftris DE WILHELM. Titulus *anni Politici* eam ob cauffam praefixus eft, quoniam duodenas Differtationes opus omne complectitur, totidemque menfium fpatium, ex mente eius requiritur, ad perficiendum Politicae ftudium.

commendandis elegantem denique diss. Lipsiae 1700. defendit Io. Fried. Hommelivs. Aliam ibidem Io. Henricvs Ernesti *de non indigna principibus delectatione ab artibus mechanicis petita*, anno 1691. habuit.

§. X.

Instituti ratio postulat, vt hic mentionem quoque faciamus Nicolai Machiavelli. *Principem* hic Italico sermone (r) anno 1515. edidit, quem ex versione latina *Syluestri Telii* habemus cum animaduersionibus Hermanni Conringii, Helmstadii 1660. & 1684. 4. Praefatio Conringiana huic editioni praemissa ad *Gebhardum Aluenslebium*, dignissima est, quae adtente perlegatur. (rr) Recentissime opera Machiauelli

(r) Opera omnia Machiauelli Italice conscripta sunt. Poemata moralia concinnauit etiam Machiauellus, *de fortuna*; praecipue autem *Asinum Aureum*, exemplo Apvleii incitatus; addidit carmen *Belfegor* dictum, *Boccacio* praeferendum; vnde etiam la Fontaine canticum XX. deprompsit. Seueritatem morum integritatemque, in iis lectores mirantur omnes.

(rr) Machiauelli princeps excepit librum, quem in Decad. primam Titi Livii, seu de Republica, stilo signauerat; in quo libertatis defensorem strenuum se gesserat. *Princeps* igitur

uelli Italice prodierunt Geneuae 1726. II. Volum. 8. (s) Mirantur omnes in eo acumen ingenii ſingulare, aſtutum tamen potius & temerarium cenſent politicum, (t) quam prudentem; eo quod tyrannicas artes Principi ſuo commendare videatur. (u) Verum

Machiauelli, tanquam continuatio iſtius libri conſiderandus eſt; id quod ex Capite II. *Principis* adparet; miror igitur incertitudinem praeclariſſimi viri IOANNIS FRIDERICI CHRISTII, de quo ſub finem huius §phi, dum coniectura tantum elicere ſtudet, opus de Republica antiquius eſſe tractatu de principe. Ceterum commentarii in Liuium, vbique etiam vti Princeps docent:

Que la Raiſon d' Etat veut ſouvent qu'on prefere
A la vertu nuiſible un crime neceſſaire.

Interpretatio, gallica lectu digniſſima, titulum fert: *Diſcours Politiques de Machiavel ſur la I. Decade de Tite Live. Traduction nouvelle.* ed. Amſtelodami 1691. 12. a Mr. TETARD.

(s) Addere conuenit Differt. Io. FRID. ENGELMANNI de *Machiauelliſtarum & Monarchomachorum Dogmatibus*. Lipſiae 1674. 4.

(t) In *Hiſtoire du Diable, traduite de l' Anglois* Tom. I. pag. 3. legimus quae adpingere liceat: *nôtre ancien ami* Machiavel *l' a ſurpaſſé* (diabolum ſcilicet) *en pluſieurs rencontres*; edit. Amſtelodami 1729. 12. II. Vol.

(u) LVCANI illud Lib. VIII. *Virtus & ſumma poteſtas non coeunt*; *Exeat aula qui volet eſſe pius*; vbique obtinent hoc in libro; verum tyranni non egent ſcientia, nec regulis, ad quas ſaeuitia

Verum liberae reipublicae ciuis erat Machiavellvs, Democratiae adsertor, tyrannidi inimicus: hanc vt inuisam redderet suis, potius tyrannicas artes, quibus haud raro Principes vtuntur, exponit, quam vt principem instruat. Nactus tamen fuit varios aduersarios. Franciscvs Hottomannvs auctor habetur *Commentariorum de regno* aut *quouis principatu recte & tranquille administrando*, 1677. 8. qui multa doctrina politica sunt referti. Innocentivs Gentilletvs in *Anti-Machiauello* suo, qui prodiit Lausannae 1571. 8. magis impietatem eius notat, quam errores politicos. Petrvs de Ribadeneira *principem Christianum* (v) scripsit aduersus Machiauellum, a *Io-*

tia & crudelitas dirigatur; atque hinc institutum Machiauelli non iniustum solum est, sed & inutile improbis principibus.

(v) Gallicae editionis titulus est: *Traité de la religion, que doit suivre le Prince Chrestien; & des vertus qu' il doit avoir pour bien gouverner & conserver son Estat: contre la doctrine de Nicolas Machiavel, & des Politiques de nostre temps. Composé en Espagnol par le R. P.* Pierre de Ribadeneira, *de la compagnie de Iesus, & traduit par le P. Antoine de Balinghem, de la mesme Compagnie, à Douay* 1610. 8. Hic liber minus temperata modestia conscriptus, copiose expenditur in *Nützlichen Anmerckungen über aller-*

a *Ioanne Orano* ex hiſpanico in latinum ſermonem conuerſum & editum. Moguntiae 1603. 8. ſed Ieſuiticis nititur principiis. Minorum gentium dii ſunt THOMAS BOZIVS *de imperio virtutis & robore bellico contra Machiauellum*, Coloniae (*w*) 1601. 8. CLAVD. CLEMENS in *Machiauelliſmo iugulato*, Compluti 1637. 4. Ita etiam IOANNES LAVRENTIVS LVCCHESINIVS *ſcrutinium* edidit *ſtultitiae Machiauelli*, Romae 1697. 4. (*x*) in quo impia & peruerſa dogmata, quae Machiauello imputantur, notare

allerhand Materien aus der Theologie, Kirchen vnd Gelehrten Hiſtorie, wie auch aus der Critic vnd Litteratur Part. I. N. VII.

(*w*) Bozii hic liber euulgabatur etiam 1594. 8. Quatuor idem auctor volumina, de Italiae ſtatu antiquo & nouo 1595. faciebat iuris publici, in quibus itidem obuertuntur multa, quae Machiauelli diluere argumenta, telaque depellere debent; ſed luſciniae cantus a coruis non exſpectandus.

(*x*) Non abs re Machiauellus improbatur in libro: *Eerſte Hondel der PrincelijkeZeden-leſſen, vervattende Zaken die haar gebruik hebben ontrent alle Perſoonen van hooge Staat geſchikt tegen de gronden van Nicolaus Machiavel.* 1700. 8. Hagae Comitum. Nec latet nos nomen auctoris libri huius; etenim Medicinae Doctorem IENS eum eſſe, teſtatur *Hiſtoire des Ouvrages des Savans - Avril* MDCC, Artic. III. pag. 177 ſeqq. Quae premant incommoda Politicam Machiauelli, is ſedulo oſtendit; aſt ſubminiſtrat etiam praecepta, quae ſagaciores ſcriptores merito praeteruehunt.

tare adgressus est, ita, vt ipsi opponat *prouerbia Salomonis*, ex horum parallelismo singula refellens. Apologiam vero (y) pro Machiauello scripsit Caspar Scioppivs in *paedia politices*, ab Hermanno Conringio cum Navdaei *bibliographia* edita Helmstadii 1663. 4. Christianvs Hofmannvs, cuius supra Part. I. Cap. III. §. III. *Machiauellum sine Machiauello ex historia Sinensi productum* commendauimus, alia diss. Ienae eodem anno habita, *Machiauellum ante Machiauellum ex historia Lacedaemoniorum productum* dedit. (z) Hermannvs Samvel Rei-

(y) Apologia pro Machiauello reperitur quoque in libro inscripto: *a true Copy of a letter written by* N. Machiavel, *in defense of him self and of his religion, translated from an original copy.* Londini 1692. conf. *the Works of the Learned*, mense Febr. 1692, pag. 282.

(z) Defensores inter Machiauelli vir eximie doctus Io. Frid. Christivs refertur, cuius exstant *libri tres de Nicolao Machiauello*: in quibus de vita & scriptis, item de secta eius viri, atque in vniuersum de politica nostrorum post restauratas litteras temporum, ex instituto differitur, historiaeque ciuilis, & litterariae passim ratio habetur, partim iam primum editis, partim iterum cusis auctioribus. Lipsiae & Halae Magdeburgicae 1731. 4. Non solum Politicae Machiauelli scita, sed religionem huius viri etiam defensurus est auctor doctissimus; sed illud diarii scriptoris: *son Apologie passe pour être beaucoup plus ingenieuse*

REIMARVS schediasma *de Machiauellismo ante Machiauellum* scribere constituit; cuius sciagraphiam peculiari dissertatione Vitembergae 1719. excusa proposuit. *De Achitophelismo Machiauelli*, IOANNES HENRICVS FEVSTKINGIVS Vitembergae 1692. disseruit. SIGISMVNDI PICHLERI *Examen Machiauelli* & MICHAELIS HOYNOVII dissertationes *de Machiauelli politicis erroribus* excitat cl. LILIENTHALIVS in *Machiauellismo litterario* pag. 7. confer. & *Obseruationes Halenses*, Tom. VI. Diss. I. & adde MOLTKENII notas ad TH. BROWNII *religionem Medici* pag. 127. edit. Argentinensis. Leguntur etiam eius *opera* Italica (*a*) iunctim cura

nieuse que solide occinere licet. vid. *Journal des Sçavans Fevrier* 1732. pag. 279. add. *Bibliotheque Raisonnée* Tom. XI. Part. II. Art. IV. pag. 329 seqq.

(*a*) Machiauelli dissertationes de Republica laudatae supra, Italice sub titulo prodierunt: *Discorsi di* NICOLO MACHIAVELLI *Cittadino & Secretario Fiorentino, sopra la prima Deca di Tito Liuio, a Zanobi Buondelmonti, & a Cosimo Rucellai. Nouamente corretti, & con somma diligenza ristampati* 1544. 8. Venetiis. Sane magna ingenii vis & peracre iudicium ex iis elucet, hinc etiam Gallice redditae sunt Amstelodami 1691. 12. Conf. THEOPHILI SINCERI *Nachrichten von alten und raren Büchern* Tom. I. pag. 274. Vid. etiam PAVLVS IOVIVS in *Elog. Doctor Viror.* pag. 206. edit. Basil. 1571.

cura Henrici Desbordes Amstelod. 1691 - - 1696. sex Volum. 12. nitide satis exscripta.

§. XI.

Alii fuerunt, qui certis exemplis Principem formare aggressi fuerunt. Inter veteres illud egit Xenophon, cuius κυρȣ παιδείας libri VIII. exstant ex editione Levnclavii(*b*) graece & latine, Basileae 1669. f. & iterum Londini 1648. (*c*) 8. quod alii vel *Cyri,*

(*b*) Xenophontis libri, de paedia Cyri, e Graeca in latinam linguam prima versio, Poggio *Bracciolino Florentino* adiudicanda est. Id negant quidem Twinvs Lib. III. *Antiquit. Acad. Oxon.* & Bvrtonvs in *Hist. Linguae Graecae* p. 55. Sed merito reprehenduntur ab auctoribus Diarii Veneti Tom. IX. pag. 172. & refelluntur facile ex *praefatione*, quam Poggivs *Historiae de varietate fortunae* praemisit pag. 3. edit. primae Paris. 1723. 4. Hinc nec in perspicacissimi Io. Alberti Fabricii sententiam ire possumus, qui *Biblioth. Graecae* Tom. II. pag. 72. primum Cyripaediam a Francisco Philelpho latinitate donatam, & eamdem Italice redditam a Iacobo Poggii filio putauit. Conf. Dominici Georgii *Praefatio* ad Poggii Historiam citatam pag. 25.

(*c*) Thomae Hvtchinsoni *Cyropaedia* 1727. 4. excusa, praestat. Vid. *Bibliotheque Angloise* Tom. XV. pag. 296. *Acta Eruditorum* mensis Iulii A. MDCCXXX. pag. 307.

Cyri, primi Perſarum Monarchae, vitae deſcriptionem dicunt, alii *Cyri* iunioris, ſub quo militauit. Credimus magis CICERONI, (*d*) qui Lib. I. Ep. I. ad Quintum fratrem, hanc *paediam non ad Hiſtoriae fidem, ſed ad effigiem iuſti imperii ſcriptam* dicit. Quare potius principem inſtruit, qualis eſſe debeat, quam vt cuiusdam, qui talis fuerit, mores deſcribat. (*e*) Titulum hunc κυρȣ παιδείας, minus recte hactenus nonnullis intelle-

(*d*) HERMOGENES atque AVSONIVS adſtipulantur Ciceroni. Interque recentiores Ios. SCALIGER, PETAVIVS, VOSSIVS; inprimis vero *l'Abbé* FRAGVIER in Diſſertatione Tom. II. *Memoires de Litterature, tirez des Regiſtres de l'Academie Royale des Inſcriptions & Belles Lettres* inſerta pag. 47. & Tom. III. pag. 58. ed. Bat. Nec non rerum harum peritiſſimus DES-VIGNOLES. Vid. *Defenſe de* Mr. DES-VIGNOLES contre les Ariſtarques de Trevoux. A. 1734. No. C. in *Bibliotheque Germanique* Tom. XXXIII. Art. V. p. 96 ſeqq.

(*e*) Quum Xenophon Cyri res geſtas haud ſignauerit ſtilo, quae inde ab anno XVI. vsque ad annum quadrageſimum contigerint, M. RAMSAY egregium concinnauit commentarium, in quo itinera pariter atque expeditiones Cyri, ita enarrantur, vt vere magni, hoc eſt ſapientis regis imago depingatur, & ad viuum exprimatur. En titulum: *Les Voyages de Cyrus par M. Ramſay* Pariſiis 1727. II. Vol. 12. acceſſit Diſſertatio mythologica & epiſtola M. FRERET. Editio altera Amſtelodami 1728. II. Vol. 12. prodiit.

tellectum, *de vita & virtutibus,* vel *de instituis Cyri,* reddi latine debere, docuit doctissimus Hevmannvs *Poeciles* Tom. II. Libr. I. Epist. I. pag. 5. qui & illorum partibus accedere se profitetur, qui ad historiae fidem libros hosce a Xenophonte fuisse conscriptos (f) arbitrantur. Conf. Fabricii *Bibliothecam graecam* Libr. III. Cap. IV. pag. 76. vbi reliqua simul auctoris scripta recensentur, quae vltimum iunctim prodierunt Oxonii 1703. V. Volum. 8. Ex Graecis huc etiam facit Plvtarchvs in *vitis* suis *parallelis,* quae ex versione *Guilielmi Xylandri* prodierunt Francofurti 1583. f. apud Wechelios, II. Tomis, (ff) atque

diit. Recessus prudentiae & vires excutit eleganter auctor, simulque theologiae semina omnibus temporibus sparsa esse, probat. His accedit *Le Repos de Cyrus ou l'histoire de sa vie depuis sa 16. jusqu' à sa 40. année* edit. Parisiis, III. Tom. 1732. cuius auctor est abbas Pernetti; sed *Ramsay* fictiones multis nominibus praeferendae sunt huic libro. Ceterum in hoc res domi gestae a Cyro, seu pacis, vnice describuntur, quas titulus quoque designat.

(f) Ab horum partibus stat abbas Bannier in *Memoires de Litterature* Tom. VI. Num. XIV. Iudicia vero varia reperimus apud Crenivm Tomo III. Method. pag. 379. & Parte XI. *animaduers.* pag. 214.

(ff) Plvtarchi *Chaeronensis vitae parallelae, cum fin-*

atque alii *hiſtorici pragmatici.* *Dauidis, Salomonis*, atque aliorum Ebraeorum regum exempla in *aula ſancta* propoſuit NICOLAVS CAVSSINVS, Lutetiae 1630. 8. *Dauidis res geſtas, ſtatum Politicum & perſecutiones expoſuit* VIRGILIVS MALVEZZI, italico ſermone, poſt in anglicum translato ſcripto, Londini 1650. 8. Idem *Principem* eiusque arcana in *vita Romuli* repraeſentauit, Lugduni 1637. 12. *Romulum* vero & *Tarquinium Superbum, ideam boni principis & tyranni* eſſe voluit Francofurti 1656. 12. *Aulam Tiberianam* deſcripſit CYRIACVS LENTVLVS, Herbipoli 1663. 8. Huic tamen praeferendus eſt Domini *de la* MOTHE IOSSEVAL D'ARONSEL *Tibere, diſcours politiques ſur* Ta-

ſingulis aliquot, Graece & Latine. Adduntur variantes lectiones ex MStis Codicibus veteres & nouae, doctorum virorum notae & emendationes & indices accuratiſſimi. Recenſuit AVGVSTINVS BRYANVS. Tomi V. Londini prodierunt 1729. 4. mai. Preſſe ſequitur rite ſeruata in editione Pariſ. 1624. Bryanus; qui vero quum immortuus fuerit ſplendidiſſimo operi, duobus voluminibus impreſſis, celeberrimus MOSES DV SOVL, reliqua ad mentem eius conformauit. Summam incomparabilis libri lege in *Nouis Actis Eruditorum publicatis Lipſiae* Calendis Septembris MDCCXXXIII. pag. 385 ſeqq. In praefatione idem DV SOVL Plutarchi Chronologiam Dacerianam; & de Plutarcho ex Fabricio aliisque ſcitu digna, nec non elogia ex veteribus deprompta expoſuit.

Tacite, à Amsterdam 1684. 4. qui cum *Tiberii* historia, res gestas & imperandi arcana *Ludouici* XI. Galliarum regis confert. *(g)* Characterem virtutum exemplum *Theodosii M.* proposuit Ioachimvs Pastorivs 1664. 8. Matthias Radervs vero in *Aula sancta, Theodosii iunioris* statum descripsit, Augustae 1608. f. Singulare exemplum vitae regiae descriptae praestitit Franciscvs Baco de Vervlamio *in Historia Henrici* VII. Lugduni Batauorum 1647. 12. qui, licet etiam historiam enarret, nihil tamen oblitus est eorum, quae ad politicam spectant. *(h)*

§. XII.

(g) Idem agitur argumentum in libro cui titulus: *Speculum boni principis Alphonsus Rex Arragoniae.* Hoc est dicta & facta Alphonsi Regis Arragoniae. Primum IV. libris confuse descripta ab Antonio Panormita, sed deinde in certos titulos & canones, maxime Ethicos & Politicos, digesta; similibus quoque quibusdam & dissimilibus ex *Aeneae Syluii* Commentariis, nec non Chronologia vitae & rerum gestarum eiusdem Alphonsi, aucta: sic digessit & locupletauit Ioannes Santes, cognomento Santenvs. Amstelodami apud Ludouicum Elzeuirium 1646. 12. Vsus autem fuit Santes editione Basil. Heruagiana de A. 1538. 4. tum Witenbergensi Cratoniana de A. 1585. nec non MS. Conf. *Bibl. Vniuersal.* Vol. III. p. 183. ed. Norimb. 1739.

(h) Ad formandos principum mores comparatus est

liber,

§. XII.

Huc referri possunt *instructiones paternae*, quas principibus iuuentutis, successoribus filiis suis, praescribunt patres, pro felici statu regiminis. Tale quid egit BASILIVS, Imperator Constantinopolitanus, qui *sexaginta sex paraenetica ad filium Leonem*, destinatum successorem, scripsit, quorum optima est editio CONRADI RITTERSHVSII,

(b)

liber, cui index: *Nouveaux Dialogues des Morts avec des Contes & Fables. Composés pour l'Education d'un Prince, par* F. D. S. D. I. M. FENELON. Tom. II. Amstelodami 1719. in 8. Huc facere etiam debet *Histoire du Prince Apprius, Extraite des Fastes du Monde, depuis sa creation. Manuscrit Persan trouvé dans la Bibliotheque de Schah-Houssain, Roi de Perse, détrôné par Mamouth en 1722. Traduction Françoise par Mons.* ESPRIT, *Gentilhomme Provençal, servant dans les Troupes de Perse*, Hagae Comitum 1729. 8. qui vero liber pessimae notae esse dicitur, nec vnquam a nobis visus est. Cis paucos annos prodiit *Histoire de Cyrus le Jeune, & de la Retraite de dix mille, avec un discours sur l'Histoire Grecque, par Mr. l'Abbé* PAGI, *Prévot de l'Eglise de Cavillon.* Amstelodami 1736. in 12. Denique nos non latet Dissert. Polit. M. CHRISTOPH. GOTHOFREDI BARTHII, quae titulum fert: *Paradigma Politici, siue viri vere prudentis in* T. POMPONIO ATTICO, edit. Halae Magdeb. 4. anno impressionis non adscripto; & L. B. de ****Philosophia Principis Pedantismo opposita*. accessit praefatio illustris IO. PETRI A LVDEWIG Lipsiae 1711. 8.

(*b*) graece & latine, Parisiis 1584. 4. Manvelis Palaeologi, Imperatoris, *praecepta regiae educationis ad Iohannem filium* edi curauit Ioannes Levnclavivs, Basileae 1579. 8. Monita tamen haec ad statum nostrorum temporum parum apta sunt. Eminet heic Constantini imperatoris Porphyrogenneti *de administrando imperio ad Romanum filium* liber, primum a Ioanne Mevrsio editus, Lugduni Bat. 1610. 8. Isaacvs Casavbonvs in *praefatione Polybiana* summam laudem huic libello tribuit. Iacobvs I. autem, magnae Britanniae rex, *δωρον βασιλικον*, *donum regium* scripsit *ad Henricum* filium, quod *testamentum* ipse adpellat in praefatione, in quo sane regulas quasdam praescribit filio, quas si obseruasset alter, *Carolus* I. tali forsan fato non fuisset subiectus. (*i*) Talis apud historicos

(*b*) Eiusdem Conradi Rittershvsii *Speculum Principis ciuiliter boni* edit. Lipsiae 1612. in 12.

(*i*) Fateor me rationem haud perspicere, cur auctor noster, notum librum cuius inscriptio est: ΕΙΚΩΝ ΒΑΣΙΛΙΚΗ: quemque Rex Carolus I. ipse captiuus concinnauit, haud inseruerit Bibliothecae suae, quum preclara in eo expedita sint praecepta; & facere recte homines princeps optimus faciendo docuerit, quumque fuerit imperio magnus, exemplo maior sit. Pulchre quidem nouimus, Ioannem Tolandvm, praefractae fron-

cos reperitur *Instructio Caroli* V. *ad Philippum filium*, atque aliae Galliae regum, quibus hoc consuetum est, quae tamen nunquam editae inter arcana habentur.

§. XIII.

frontis hominem, adseruisse, non Carolo Regi, sed Exoniensi praeluli GAVDENIO, illum deberi, atque hunc, vt regis virtus & constantia eo splendidior redderetur, eum illi supposuisse. (Vid. TOLANDI *Life of John Milton containing, besides the History of his Works, several extraordinary Characters of Men and Books* &c. edit. Londini 1699. 8. pag 56. seqq.) sed compertum quoque habemus, Tolandum venenum vbique euomuisse, calamumque vnice contra Regem Carolum exercuisse. Constat etiam, WAGSTAFFIVM dexterrimum virum, in libro: *Vindication of King Charles the Martyr:* Londini 1699. 8. impresso, demonstrasse luculenter; Carolum I. solum auctorem tractatus: ΕΙΚΩΝ ΒΑΣΙΛΙΚΗ esse Alii etiam exprobrarunt Tolando facinus illud, pluraque alia. Conf. summus vir Io. LAVRENTIVS MOSHEIM in *commentatione de vita fatis & scriptis Ioannis Tolandi*, praemissa *Vindiciis antiquae Christianorum Disciplinae* pag. 91. seq. & pag. 96. seqq. edit. secundae. Quod reliquum est addere liceat inscriptionem, quam semel Oxonii vidi & descripsi, iam vero subiungam ob raritatem, & memoriam libri illius, quae in ea exstat. Ita sese habet:

M. S.
Sanctissimi regis & martyris Caroli
Siste viator
Luge obmutesce mirare
Memento Caroli illius

No-

§. XIII.

Huc faciunt, qui *Principem iuuentutis* formare docent; confer, quae §. IX. huius capitis dicta sunt. (*k*) Laudatur hac in parte

Nominis pariter & pietatis insignissimae primi
Magnae Britanniae Regis
Qui rebellium perfidia primo deceptus
Dein perfidorum rabie percussus
Inconcussus tamen legum & fidei defensor
Schismaticorum tyrannidi succubuit
Anno
Salutis humanae MDCXLVIII
Seruitutis nostrae) primo
Felicitatis suae)
Corona terrestri spoliatus caelesti donatus
Sileant autem periturae tabellae
Perlege reliquias vere sacras Carolinas
Queis
Sui mnemosynem aere perenniorem
viuacius exprimit
illa illa
ΕΙΚΩΝ ΒΑΣΙΛΙΚΗ.

(*k*) Nominanda nobis hic sunt *monita Isocratea, ad priuatorum & principum institutiones edita a* Iacobo Facciolati. Patauii 1737. 8. Ea depromta sunt e libello *ad Demonicum*, quae ratione rerum & verborum in notis facta sunt dilucidiora. Argumenti fauor lectores libri conciliat & permulcet, cui titulus est: Sethos, *Histoire ou Vie, tirée des Monumens Anecdotes de l'ancienne Egypte; traduite d'un Manuscrit Grec.* Parisiis 1731. in 12. III. Tom. Interprete (qui est abbas Terrasson) commentarii huius teste, diu delituit in bibliotheca gentis cuiusdam

parte ERASMI ROTERODAMI *institutio principis christiani*, recusa Lugduni 1641. 4. (*k*) Prolixior est CONRADVS HERESBACHIVS *de erudiendis principum liberis, qui reip. gubernandae sunt destinati, deque republica administranda*, Francofurti 1592. 8. Praestantius caeteris est ANTONII GVEVARAE *horologium principium*, antea iam commendatum. Huc etiam pertinent THOMAE AQVINATIS *libri* IV. *de eruditione prin-*

exterae, (nomen editor haud adiecit,) codex MS. egregius, nunc gallice redditus, in quo principum atque heroum virtutes, oratione non vmbratica adaequantur. Haud fide digna autem rerum gestarum enarratio, mouet hic assensum, sed fictiones iucundae, vtiles, graues, gloriosae, quales in Telemacho occurunt.

(*k*) ERASMI libro nihil est propius aut similius opere cui Gallicus hic titulus est: *Le Heros Chretien, par le Chevalier* RICHARD STEELE, *traduit de l'Anglois par* M. A. *de* BAVMARCHAIS, & *les vertus Paiennes par le Traducteur*. Hagae Comitum 1729. 12. Nouem editiones Anglicae exstant, sed ERASMVS tamen aptissimis argumentis longe eum antecellit. Translatoris addita dissertatio, innuit aeternam gentilium, virtutibus praeditorum, salutem, assensio vero in re lubrica retinenda nobis est. Porro praeteruehere non possumus SEBASTIANI CAESARIS DE MENESES Lusitani *Summam Politicam*, olim Theodosio Portugalliae principi, cuius studiis ipse praefuit, propositam, deinde ad exemplum Amstelodamense 1650. excusum, Schwobachii 1687. 4. de-

principum, (*l*) qui inter opuſcula eius reperiuntur. Laude maior eſt *la pratique de l' education des Princes, contenant l' hiſtoire de* Gvillavme de Croy, *ſurnommé le Sage Gouverneur de Charles d' Autriche, qui fut Empereur* V. *du nom, par Mr.* Varillas, *à Paris* 1684. 12. (*m*) Inter recentiores aeſtiman-

4. denuo editam. Cui ob ſimilitudinem argumenti *ideam Statiſticae*, ſiue tabulas de ratione ſtatus, vt & manuductionem ad locos communes in re politica adornandos, ſubiunxit Christianvs Weise. Quidquid de ſtatus ratione, magnis alioqui voluminibus deduci ſolet, & breui dictione, & ordine concinno perſecutus eſt. Sane quin ſermonis ſcabrities, delicatas quorundam aures ſit offenſura, nec dubitat ipſe editor; aſt excuſationi ſufficiet, Latinam verſionem e fonte Luſitanico profluxiſſe.

(*l*) Hoc, de eruditione principum, opus, plerumque confunditur cum aliis duobus de Regimine principum libris; horum autem Thomas auctor non eſt, ſed illud confecit vnice. Conf. omnino Bellarminvs de *Pontif.* Lib. V. Cap. V. qui ſolide demonſtrat ex rationibus Chronologicis, fieri non potuiſſe, vt Thomas eos conſcripſerit. Ioanni Pavlo Nazario, Natali Alexandro, & aliis quidem iſta ſententia improbatur. Exſcripti vero de inſtitutione principum libri IV. ſunt nitidiſſimis typis 1651. Lugduni Batauorum.

(*m*) Inter recentiora ſcripta eminent: *Les Regles de la Vie civile; avec des Traits d' Hiſtoire, pour former l' Eſprit d' un jeune Prince. Par l' Abbé*

mantur *Avantures de Telemaque, fils d' Ulysse, ou svite du quatrieme livre de l' Odyssée d' Homere, par* FRANÇOIS DE SALIGNAC *de la* MOTHE FENELON, (*m*) Parisiis primum 1699. 8. inuito auctore editae, & posthaec in Gallia, Belgio, Germania, saepius recusae, in Italicam quoque, Anglicam, Germanicam, (*n*) aliasque Europae linguas trans-

de BELLEGARDE. Amstelodami edit. 1707. 12.

(*m*) In ea fuere plurimi sententia, FRANCISCVM DE SALIGNAC DE LA MOTHE primum hoc argumentum suscepisse elaborandum, sed eos falli exinde probari potest, quoniam exstat liber rarissimus inscriptus: *Telemachus siue de profectu in virtute & sapientia. Ad Sereniss. D. D. Henr. Borbonium Principem Condaeum, primum Regii sanguinis principem, primumque Galliarum Parem.* PETRVS VALENS Parisiis *ex typographia Ioan. Libert.* 1609. in 8. Vid. Bibl. Vniuers. Vol. II. edit. Norimb. 1738, pag. 66.

(*n*) Elegantissimus liber in Germanorum idioma translatus, versusque heroicos redactus, s. t. *Die Begebenheiten des Printzen von Ithaca, oder der seinen Vater Vlysses suchende Telemach. Aus dem Frantzösischen des berühmten Fenelons ins Deutsche übersetzt, vnd mit Mythologisch-Geographisch-Historisch- vnd Moralischen Anmerckungen erläutert, von* BENIAMIN NEVKIRCH, *würckl. Brandenb. Hoffmeister, vnd der Königl. Berlin. Societät der Wissenschafften Mitgliede. Onoltzbach* 1727. fol. fuit impressus Tomus I. Sub nomine FARAMVNDI vt & AMADEI CREYTZ-

translatae. Hiſtoria eſt ex *Homero* depromta de Telemacho, Vlyſſis filio, ſub quo perſonam Ducis Burgundiae abſcondit, ſub Antiope vero eiusdem vxorem. Propoſitum nullum eſt aliud, quam vt moralem diſciplinam, & reliqua, quae Principi iuuentutis digna ſunt cognitu, tradat, (o) idque ſtilo poetico. Scripſit contra eundem Abbas Faydit *Telemacomanie, ou la cenſure critique du Romain intitulé: les avantures de Telemaque fils d' Ulyſſe, à Eleuteropłe chez Pierre Philalethe* 1700. 12. (p) In quo potiſſi-

Crevtzbergii latens *de* Schütz, ad imitationem deductus, eundem librum germanice vertebat, Francofurti ad Moen. 1731. 8. Tacemus infinitas alias editiones aurei libri. In vſum germanorum adnotationibus eum 1736. 8. adornauit Iosephvs Antonivs *D'* Ehrenreich, Stutgardiae 8. Conf. Gvstavi Tillaei diſput. de *Philoſophia Parabolica* edit. Vpſaliae 1733. Adſcribamus denique argute de Telemacho dictum illud: *Si le bonheur du genre humain pouvoit naître d' un Poeme, il naîtroit de celui-là:* Vid. praefatio interpretis libri qui titulum fert: Sethos, *Hiſtoire ou Vie, tirée des Monumens Anecdotes de l' ancienne Egypte.* Pariſiis 1731. Tom. III.

(o) Principum officia tam perfecta quam inperfecta; tam iuſtitiae quam prudentiae, adeoque philoſophiae moralis omnis, propinat praecepta auctor eminentiſſimus.

(p) Percenſetur hic liber in Diario: *Monathlicher Aus-*

potissimum *Fenelonio* obiicit Abbas, quod ipse tanquam persona ecclesiastica, *fabularum Romanensium* formam sequatur, cui tamen aliquis, qui curam editionis Belgicae 1706. 8. habuit, respondet, exemplum allegans libri *Hiobi, Damasceni,* & *Simeonis Metaphrastae.* Alium FENELONII censorem *anonymum* FAYDITIO sagaciorem acutioremque, qui *Critique des avantures de Telemaque* VI. Volum. 1700. 1702. scripserit, laudat STOLLIVS *hist. erud.* Tom. III. Cap. V. §. L. pag. 719. Legi denique meretur *l'histoire de la Vie des Messire François de Salignac de la Mothe Fenelon, Archeveque & Duc de Cambray, à la Haye* 1723. 12. (q)

§. XIV.

zug aus allerhand neu herausgegebenen Büchern Mense Ianuar. An. MDCCI. pag. 7. sqq. Offenduntur vero lectione eius, qui aequiore ioue de Telemacho opinantur. De FAYDITI vita scriptisque tamen vt legantur par est, *Melanges de* Mr. VIGNEVL MARVILLE pag. 313. sqq. BERNARD in *Nouvelles de la Rep. des Lettres* MDCC. Octobr. pag. 590.

(q) Tu adde Io. FRID. EINERTI Orationem *de principe puero ad virtutem ac decus educando* edit. 1705. f. & Io. FRIDERICVM HEKELIVM de *praecipuis consummati principis cuiusdam virtutibus* Rudolst. 1687. 4. Scriptores denique qui de educatione nobilium litteris consignarunt monimenta, hoc nomine legi merentur, quorum infiniti

§. XIV.

Succedunt scriptores, qui *de Republica* egerunt. Inter veteres hic eminet Plato, cuius *de republica* liber supra iam §. III. fuit excitatus. Cicero (r) *Platonem* imitatus, *libros* VI. *de Republica* composuit, de quibus §. V. dictum est. Sallustii etiam exstant *dissertationes* II. *ad Iulium Caesarem de republica ordinanda, illustratae a Christophoro Colero,* Ambergae 1599. 8. Ioannes Loccenius quoque edidit notas in illas in *Syntagmate disser-*

finiti possent a nobis commemorari. Titulum duntaxat adpingamus Alexandri Piccolomini, cuius liber: *della institutione di tutta la vita de l' Huomo nato nobile & in Citta libera* Venetiis 1552. 8. est impressus; & *Palaestra Nobilium*, seu Consilium de generosorum adolescentum educatione, in gratiam quorundam illustrium Polonorum conscriptum a Ioachimo Pastorio, Medicinae Doctore; auspiciis Crenii recusum Lugduni Batauorum 1696. loco VI. pag. 272. sqq. *de philologia studiis liberalis doctrinae informatione & educatione tractatuum.*

(r) Rebus foecunda & verbis facunda Ciceronis Epistola prima, ad Q. Fratrem Asiae Proconsulem, pro Politicae promo condo habetur a quibusdam; & de Republica feliciter regunda percenset plura praecepta. Christophorus Cornerus ecphrasin elegantem rhetorum more exarauit Basileae 1553. 8. Conf. Ioachimus Pastorius in *Palaestra nobilium* §. XXVII.

dissertationum politicarum, Amstelodami 1644. 4. (s) Primus ex recentioribus hic adduci meretur IOANNES BODINVS, (t) qui *de republica* libros VI. scripsit, gallice primum editos Parisiis 1577. fol. recusos Lugduni 1593. f. quos ipse postea in latinum sermonem transtulit. Primum latina versio prodiit Parisiis apud *Iacobum du Puys* 1591. fol. Optima videtur editio, quae Francofurti prodiit 1591. f. recusa etiam Francofurti 1594. & Vrsellis 1601. fol. Scriptor sane est elegans, sed blasphemus, nec vbique recte de Deo sentit. Comprobat sua ex historiis, sed in iis saepe nimium est prolixus, multa quoque intermiscet aliena. (tt) *Breuiarium*

(s) pag. 235. syntagmatis huius, illae inueniuntur.

(t) SCHEIBENIVS Part. I. *der freymütigen Gedancken aus der hist. litterar.* p. n. XXXI. pag. 99. inter stupenda & sapientiae & eruditionis monimenta, Bodini opus refert; quo cum iudicio conspirant plures. In eo autem potissimum est Bodinus, vt a Platonis atque Aristotelis caussa descifcat, ista quidem lege, vt saepe sine necessitate antiquissimi isti de republica scriptores sint repudiati. Quod reliquum est, iustitiam a prudentia probe seiunxit; abhorruit tamen a veritate, dum ex iisdem principiis duplex, seu diuersum actionum genus, diiudicare adlaborauit. Denique non suam semper sed aliorum scriptorum mentem exposuit saepissime.

(tt) IACOBI TYPOTII de *Salute Reipublicae* libri II. Fran-

rium librorum Bodini edidit Ioannes Angelvs Werdenhagen, Amſtelodami 1614. & 1647. 12. & Marpurgi 1638. 12. Cum autem *Bodinus* varios nanciſceretur aduerſarios, quorum aliquos nominauit Lyservs in *Selectis de vita & ſcriptis Bodini*, pag. 341. ſequ. Renatvs Herpinvs *apologiam* ſcripſit ad illuſtrandam Bodini de republica methodum, Francofurti 1625. 8. quae primum prodiit ſub hoc titulo: *Apologie de* Rene Herpin *pour la republique de Iean Bodin, à Lyon* 1594. 8. *Elogium Bodini* concinnauit Scaevola Sammarthanvs in *Elogiis Gallorum*, Lib. VI. Cap. XV. pag. 224. edit. *Heumannianae.* V. C. Polycarpvs Lyservs *Selecta de vita & ſcriptis Bodini* vulgauit Vitembergae 1716. 4. *(u)* idem poſthaec etiam *Apparatui litterario ſtudio Societatis Colligentium,* Vitembergae 1717. 8. edito, Specim. XVI. pag. 327--348. *breuem delineationem* inſeruit *vitae Ioannis Bodini Andegauenſis. (v)* Con-

Francofurti 1595. 8. exierunt: Eiusdem *orationes Turcicae* Halae 1598. nec non *Epiſtolae* II. *ad Ordines Imperii de ſalute patriae* ibidem 1598. 8.

(u) Traianvs Boccalinvs in *Relationibus ex Parnaſſo* Cent. I. Rel. LXIV. pag. 168. Bodini vitia increpat, raro autem iuſtis de cauſſis.

(v) Vid. Saint Marthe in Elog. Lib. IV. & Mena-

Conferenda quoque eſt IOANNIS DIECMANNI diſſertatio *de naturaliſmo tum aliorum, tum maxime Io. Bodini*, (w) Kiloni 1683. 4. primum exſcripta, poſt Lipſiae 1684. 12. recuſa, & denique cum ADAMI TRIBBECHOVII *hiſtoria Naturaliſmi*, Ienae 1700. 4. edita. Legenda etiam ſunt, quae HENRICVS SCHARBAV in *Iudaiſmo detecto* de eodem p. 36. ſequ. dixit. Secutus Bodinum eſt PETRVS GEORGIVS THOLOSANVS, (x) cuius *de republica* libri XXVI. Francofurti apud *Palthenios* 1597. 4. proſtant. Hic, licet multa intermiſcuerit, quae potius ad iuris ſcientiam, quam ad Politicam, ſpectant, ab argumentorum tamen adparatu atque ſententiis doctorum, quorum allegata apud eum ſunt frequentia, commendatur. ANDREAS FRICIVS *Modreuius de republica emendanda* ſcripſit libros V. Baſileae 1559. f. nec tamen omnia politices capita abſol-

MENAGIVS in vita P. AYRAVLT. add. *Obſeruationes Halenſes* Tom. IX.

(w) HVETIVS in Demonſtratione Euangelica Bodini rationes paſſim iugulat, ſiue librum: *Heptaplomeron*, *de abditis rerum ſublimium arcanis* inſcriptum; licet leuioris brachii ſint Bodini in eo argumenta, facileque a quouis explodi queant.

(x) Acrem & conuiciis refertam cenſuram, Ariſtoteli perſaepe oppoſuit THOLOSANVS.

absoluit, licet in iis, quae explicat, multos politicorum naeuos detexerit, alia quoque de regno Poloniae intermiscuerit. Ioannes Ferrarius Montanus *de republica bene instituenda* scripsit Basileae 1556. fol. Adamus Conzenus (y) in *Politicorum libris* X. Coloniae 1628. f. Iureconsultum potius agit & Iesuitam, quam verum politicum. Lege Thomasii *orat. Academ.* pag. 437. & 448. (z)

§. XV.

(y) Illaudatam dimittere hic non possumus Io. Henrici Boecleri Dissertationem de *Notitia Reipublicae* ad *Corn. Taciti* IV. *Annal.* 33. quae loco II. legitur Dissertationum Boecleri iunctim editarum Argentorati 1658. pag. 59. sqq.

(z) In hunc numerum incluserim Hermanni Conringii *de Politica seu Republica in specie sic dicta*, disputationem habitam & impressam Helmstadii 1680. Cuius exstat etiam Diss. de *Republica in specie* 1652. 4. Diss. de *Mutationibus rerumpublicarum* 1635. 4. Diss. de *optima Republica* 1653. Diss de *morbis ex mutationibus rerumpublicarum* 1640. itidem Helmstadii. Inter Anglos Filmervs *Anarchiam Monarchiae limitatae* edidit, nec non tractatum de *Imperio Patriarchali*, probaturus, imperium omne esse debere absolutum, idque monarchicum & despoticum, quia imperium parentum in liberos sit etiam plane illimitatum; sed vid. Barbeyrac ad Pvffendorffii *Droit de la Nat. & des Gens* Lib. VI. Cap. II. pag. 241. Adiungi denique possunt: Io. Hackemanni Disser-

§. XV.

Non defuere, qui felicem ſtatum reipublicae deſcribere tentantes, illud ſub figmento quodam egerunt. Primum locum occupabit THOMAE MORI *Vtopia* (*a*) quae Baſi-

Diſſertatio Politica *de variis rerumpublicarum formis*, & *quaenam earum ſit omnium optima* & *praeſtantiſſima* edit. Rinthelii 1663. 4. M. PHILIPPI MÜLLERI Diſcurſus de *Mixtione Rerumpublicarum* Ienae 1663. 4. M. PAVLI ANTONII Diſſertatio Politica de *Republica mixta* Lipſiae 1684. 4. LVDOLPH. PAVL MÜLLERI *Politiſche Abhandlung von denen Erhaltern des öffentlichen Staats.* Helmſtadii 1726. 4. Plures excitat MARTINVS LIPENIVS in *Bibliotheca reali iuridica*, & Excellentiſſimus GOTTLOB AVGVSTVS IENICHEN, qui poſt FRIEDERICI GOTTLIEBII STRVVII v. c. curas eam recenſuit; innumeros errores ſuſtulit & vltra dimidiam partem auxit. Part. IV. pag. 521.

(*a*) Vocabula peregrina, quae in *Vtopia* reperiuntur, explicat ex parte G. I. VOSSIVS epiſt. DXLVIII. ad SAM. SORBIERIVM. Inter editiones Gallicas libri THOMAE MORI, optima eſt, quae Pariſiis 1731. 12. cum tabulis aeneis recuſa eſt ſ. t. *Idée d' une Republique heureuſe par* THOMAS MORVS, *Chancelier d' Angleterre.* De vita eius legi merentur *Memoirs of Literat.* A. 1726. Vol. III. pag. 161. ſequ. Menſe Mart. Artic. XXIV. WILHELMVS ROPES illam in anglico idiomate compoſuit, addiditque biographiae varias eiusdem epiſtolas. Londini

Basileae 1563. 8. Francofurti 1601. 8. prodiit, vel centies recusa, (b) cum aliis eiusdem opusculis, per *Simonem Episcopium*, quibus praefixa est Erasmi Roterodami, & praesertim Gvilielmi Bvdaei epistola, qua de hac Vtopia accuratissime iudicat. (c) Scripta est acri cum ingenio, tanquam beatae per omnia reipublicae exemplar, quale tamen reperire haud licet. Plures exstiterunt, ex Anglis praecipue, qui vitam viri huius, vtriusque fortunae memoria illustris, descripserunt. Plerique illorum recensentur ab Anglo *anonymo* doctissimo, qui nuper Londini 1726. 8. *the Life of Sr. Thomas Morus Lord Chancelor of England*, a Cancellarii pronepote Thoma Moro, Pontificiorum sacris addictissimo, olim conscriptam, (d) recudi curauit figuris aeneis elegantissi-

Londini 1729. 8. Thomas Stapleton denique inter biographos viri huius eminet.

(b) Innumerarum editionum notanda est ea, quae Coloniae Agrippinae, sed variis in locis interpolata prodiit 1629. apud *Cornelium ab Egmond & socios.* Malam fidem editor declarauit v. c. pag. 83. vbi integra folia omisit, atque alibi. Hinc plane reiicienda est.

(c) Navdaei *Biblioth. Polit.* pag. 24. perlegatur.

(d) Thomae Mori pronepotis biographia, anglice Londini 1626. 4. exiit, recusa 1727. 8.

gantiſſimis exornatam; qui ſimul optimo conſilio reliquorum biographorum *Mori* ſiue ſuffragia, ſiue contrarias quandoque relationes, ad cuiusuis paginae calcem transſcripſit, vt, qui hanc euoluit editionem lector, idem ſit, ac ſi omnes legendo percurriſſet. (*d*) Memorari tamen ibidem non obſeruauimus DOMINICI REGI *vitam Mori*, quam Italico ſermone concinnatam Mediolani 1675. 12. prodiiſſe, auctor eſt STOLLIVS *hiſt. erudit.* Tom. III. Cap. V. §. LIV. pag. 721. THOMAE CAMPANELLAE *ciuitas ſolis*, (*e*) inter carceris ſqualores ab eodem ſcripta, Vltraiecti edita eſt 1643. 12. ſed potius, prout reliqua *Campanellae*, in ſolis ſpeculationibus philoſophicis conſiſtit.

(*d*) BERNARDINVS GOMEZ MIEDES Aragonus, ſcriptoribus de Rebuspublicis fictitiis iis accedit; nam de *Apibus* ſeu de *Republica* libros V. exarauit, quibus ideam bene conſtitutae ciuitatis humanae, ex ipſa apum bene gerendae rei arte, mortalibus ad viuum expreſſerat. Sed exemplum vnicum huius ingenii monimenti, medio in mari, dum biremem, qua ferebatur Genua in Hiſpaniam, tempeſtatis cauſſa nautae alleuarent, perdidit, fatente ANTONIO l. c. Tom. I. pag. 169.

(*e*) Vid. CAMPANELLAE *ſyntagma ad Gabrielem Naudaeum de libris propriis*; *& de recta ſtudendi ratione.* Beperitur in *collectione Elzeuiriana de ſtudiis inſtituendis* artic. III. pag. 375.

ſtit. (*f*) Prodiit cum eadem *mundus alter & idem, ſiue terra auſtralis antehac ſemper incognita, longis itineribus peregrini academici nuperrime luſtrata*, auctore MERCVRIO BRITANNICO & FRANCISCI BACONI de VERVLAMIO *noua Atlantis*. (*ff*) Ceterum conf. de *Campanellae ciuitate ſolis Acta* noſtra *litteraria ex MStis eruta*, Tom. I. Faſcic. II. pag. 75. & 87. Primum a TOBIA ADAMI, fideli *Campanellae* ἐργοδιώκτῃ, Francofurti 1623. 4. ea vulgata eſt, cum reliquis diſciplinis philoſophicis, titulo: *realis philoſophiae epilogiſticae*; vide CYPRIANI *vitam Campanellae* pag. 145. (*g*) In DIDACI BEMAR-

(*f*) Ego quidem mallem eſſe ciuis vtopiae, quam ciuitatis ſolis incola. Mori videlicet figmenta praeferenda omnino ſunt Campanellae dialogo poetico.

(*ff*) Praepoſtero modo, BACONIS DE VERVLAMIO *Atlantidem*, ſcriptores plurimi referunt ad respublicas fictas, partemque hanc Politicae; quum tamen BACO tantum media propoſuerit in Atlantide, quibus controuerſiae eruditorum crebriores dirimi poſſent, ac ſocietatem litterariam hanc ob rationem deſcripſerit, a qua iſtae eſſent ſedandae.

(*g*) ICtus quidam Vratislauienſis, illuſtrare conſtituit reipublicae bene ordinatae ſtatum, edito libro: *Ophiriſcher Staat, oder curioſe Beſchreibung des biſhero von vielen geſuchet, aber nicht gefunde-*

O 2 *nen*

BEMARDINI, seu IACOBI BIDERMANNI *Vtopia*, seria ludicris miscentur. Prodierunt cura *Casparis Sutoris*, Dillingae 1644. 12. & Coloniae 1649. 12. IOAN. VICTOR ROSSIVS, sub consueto IANI NICII ERYTHRAEI nomine, decem *Eudemiorum libros* edidit Coloniae 1645. 8. quibus magnatum praesertim aulae Romanae vitia acute perstringit. (vide *Naudeana* pag. 12. edit. Amstelod. 1703. 12.) *Nouae Solymae* VI. libris constantes Londini prodierunt 1648. 8. in quibus nihil aliud agit auctor haud rudis, quam vt bene institutae reipublicae normam praescribat. Nec aberrabimus forsan, si PLATONIS *Atlanticam* (*b*) huc referre velimus,

nen Königreichs Ophir &c. Lipsiae 1699. 12. Finguntur ab eo tam ciuilis quam sacrae ciuitatis leges, atque agendi principia vtilia, quae quiuis per otium consulere potest; sed metaphoris atque inpropriis dictionibus, quae recta erant, icta & percussa, deflexa sunt ad obscuritatem.

(*b*) Platonis Atlantidem, rempublicam non fictitiam fuisse, sed vere in Suecia exstitisse, nuper etiam M. IAC. WILDE pronunciauit pag. 33. libri titulum ferentis: *Sueciae Historia Pragmatica*, quae vulgo ius publicum dicitur: e tractationibus historicis, legibus non scriptis & scriptis, antiquis & recentioribus, prouincialibus & communibus, tum pactis conuentis, decretis comitialibus, statutis, edictis & mandatis &c. inde a primis regni initiis vsque ad haec nostra tempora,

mus, licet eandem in Suecia quaerat Rvdbeckivs. Repete omnino, quae fupra Tom. I. Cap. III. §. VII. fcripta funt. (i)

§. XVI.

Aliis respublicas antiquas cum recentioribus conferre placuit. Tale inftitutum fuit Pompeii Caimi in libro italico, cui titulus: *parallelo politico delle republiche antiche e moderne*, qui prodiit Patauii 1627. 4. Ioannes Lvdovicvs Praschivs (k) in

pora, *per rerum temporumque verfuras periodicas ingenue & fideliter deducta . . . . fpecial. Sacr. Reg. Mai. priuileg. inprim. Holmiae* A. 1731. In fide autem maxime dubia, vti multa alia ftatuit, ita & haec ponit auctor.

(i) Mouet adprobationem, ordine & moderatione dictorum omnium, Iosephi Avrelii de Ianvario, aduocati Neapolitani, *Respublica iurisconfultorum*. Edit. altera Lipfiae prodiit 1733. 8: acceffit epiftola viri grauiffimi F. O. Menckenii ad auctorem data. Quo in libro iter nonnullorum iuuenum defcribitur, in infulam quandam fufceptum, in qua fato functi iureconfulti, tanquam ciues, optime conftitutam rempublicam condunt. Sed nolumus fictionem vtiliffimam apteque cohaerentem diftrahere, verum potius ad lectionem eius remittere politicae cultores.

(k) Io. Georgivs Kvlpisivs de *Vnitate Reipublicae in Sacro Imperio Romano* Cap. III. Pralchium

 aliqua

in *assertione reipublicae Achaicae*, quae prodiit Ratisbonae 1686. 4. eandem cum Germania confert. Quum enim IVSTINVS Achaiam ita definiat, quod per ciuitates, veluti per membra sit diuisa, vnum tamen corpus, vnum imperium habeant, singularumque vrbium pericula mutuis viribus propulsent, eadem ad Germaniae nostrae statum accommodat. MARTINVS SCHOOKIVS *fatum reipublicae Veientium & Achaeorum* Belgis suis in exemplum proposuit, (*l*) Traiecti ad Rhenum 1664. 24.

§. XVII.

Incrementa & decrementa quoque rerumpublicarum, sunt, qui descripserunt. (*m*)

aliqua ratione impugnauerat, Germaniam nostram Achaiam vocantem, eamque longe splendidiorem prisca illa ciuitate; hinc Praschius indignabundus hunc librum confecit. Acres inde exortae sunt contentiones, de quibus CAROLVS ARNDIVS l. c. pag. 417. sqq.

(*l*) Adplicauit nimirum SCHOOKIVS regiminis formae Prouinciarum vnitarum omnia; atque probare adnisus fuit, rempublicam Batauorum esse felicissimam, ob conuenientiam cum Achaeorum ciuitate famigeratissima. Partium autem studio interdum abreptus est.

(m) Iacobi Bornitii exstat *synopsis politica de rerum sufficientia in republica & ciuitate procuranda*, Francofurti 1625. 4. Causas vnde ruina rerumpublicarum oriatur, sagaciter inquisiuit Thomas Bozivs in tractatu suo *de ruinis gentium & regnorum aduersus impios politicos*, Romae 1586. 8. Idem

(m) Haud dubie huc referenda sunt sequentia scripta: *Il Citadino di republica regolare, sotto titulo di Pensieri Politici overo Auuendi menti civili del* Franc. Vangelista Sartonio Bononiae 1625. 4. Gregorivs Nvnnivs *de optimo Reipublicae statu* Romae 1597. 4. *Traité de la Richesse des Princes, & de leurs Etats; & des Moyens pour y parvenir.* Par C. C. d. P. d. B. *Allemand.* Parisiis 1722. II. Vol. 8. *Le Secret des Finances de France par Mr.* Frovmenteav ed. 1681. 8 *Considerations sur le Commerce & sur l' Argent par M.* Law; *traduit de l' Anglois.* Hagae 1720. 8. Bartholomaevs Keckermannvs in disputationibus *Politicae specialis* I. *de Monarchia Persarum*, II. *de sexaginta rebuspublicis priscis*, III. *de republica Atheniensi*, IV. *de republica Spartana.* Hermannvs Conringivs in disput. *de morbis ac mutationibus rerumpublicarum*, edit. Helmstadii 1640. & in disput. *de mutationibus rerumpublicarum*, conscripta 1655. vid. quoque Montesqviev perillustris *Considerations sur les Causes de la Grandeur des Romains, & de leur Decadence*, Parisiis 1734. cuius opus in Anglorum idioma eodem anno translatum est.

Idem egit PAVLVS MATTHIAS WEHNERVS in *metamorphosi rerumpublicarum,* quae germanice edita atque aucta a PHILIPPO LVDOVICO AVTHEO, Francofurti 1665. 8. prodiit, IOANNES BISSELIVS edidit *illustrium ab* O. C. *ruinarum decades* IV. Ambergae 1656. 8. III. Vol. quibus ruinas rerumpublicarum atque regnorum potiores describit, licet historicum potius agat, quam politicum, & saepe inepte iudicet. (*n*) Chi-

(*n*) Potiori iure adscribimus *Ouvrages de Politique par Mr. l' Abbé de* SAINT PIERRE, CHARLES IRENE'E CASTEL, *de l' Academie Francoise* quorum Tomus II. III. IV. V. ed. Roterodami 1733. Primum Tomum auctor adpellat librum a se conscriptum, cuius index est: *Abrégé du Projet de Paix perpetuelle, inventé par le Roi* HENRI *le Grand, approuvé par la Reine* ELIZABETH, *par le Roi* JAQVES *son successeur, par les Républiques & par divers autres potentats: Approprié á l' Etat présent des Affaires génerales de l'* EVROPE. *Démontré infiniment avantageux pour teus les Hommes nès & à naitre, en general & en particulier pour tous les Seuverains, & peur les Maisons Souveraines*, ed. 1729. Diligentiam quidem adhibuit compilandis iis voluminibus auctor, sed re tanti momenti minorem. Innumerorum enim finium constitutio, quorum media nec adsignantur, nec ex parte vnquam inueniri possunt, rempublicam haud perficit, nec emendat. Ipsa inscriptio de pace perpetua, fumum vendere videtur. Ita sese habent reliqua fere omnia vota auctoris irrita. Ceterum laudi summorum

Chimiae studio, scriptis & fatis notus est Ioannes Ioachimus Becherus; Scripsit ille tractatum politicum *vom Auf- vnd Zunehmen der Staedte, Laender vnd Republicken*, Francofurti 1668. 8. in quo tractatu neruum rerum commercia esse dicit, quae per monetam probam atque opera manufacta maxime

rum virorum insultat, & misellos scriptores imitatur. Tomus VI. & VII. 1734. secuti nihilominus sunt, in quibus de ministris, & educatione principum iuuentutis, nec non de noua imperandi ratione differitur. Tom. VIII. & IX. & X. accessere itidem Roterodami 1735. XI. autem 1737. Facere non possumus, quin Leibnizii, de pace perpetua ista iudicium, adscribamus; quod ita sese habet: *J'ai vu quelque chose du projet de M. de St. Pierre, pour maintenir une Paix perpetuelle en Europe, je me souviens de la devise d' un cimétière, avec ces mots*: Pax Perpetua: *car les morts ne se battent point; mais les vivans sont d' un autre humeur; & les plus puissans ne respectent guères les Tribunaux. Il faudroit que tous ces Messieurs donnassent caution Bourgeoise, ou déposassent dans la Banque du Tribunal; un Roi de France, par exemple, cent millions d' écus, & un Roi de la Grande Bretagne à proportion, afin que les Sentences du Tribunal pussent être exécutées sur leur argent, en cas qu' ils fussent réfractaires* &c. Vid. *Recueil de diverses Pieces sur la Philosophie, les mathematiques, l' histoire &c. par M.* de *Leibnitz* &c. edit. curante Christiano Kortholto Hamburgi 1734. 8. pag. 43. sq.

xime promoueri probat. Praecipue vero monet, quid in *manufacturis*, quae vulgo dicuntur, instituendis sit obseruandum. Vitam litterati huius infelicis eleganter descriptam, nouaeque editioni libri *Becheriani, naerrische Weisheit vnd weise Narrheit* inscripti, praemissam dedit REIMMANNVS, variisque illam momentis in *hist. litt. germ.* Vol. III. pag. 536 seqq. adauxit; quibuscum confer FELLERI *otium Hanoueranum* pag. 230. seqq. Prodiit etiam *Fürstliche Macht-Kunst reich zu werden*, ab HENRICO BODINO edita, Halae 1702. 12. in quo auctor quidam illustris de rebus fiscalibus principis recte ordinandis agit, aliqua etiam proponit, quae felici cum successu possunt adplicari, licet non adplausum inuenerit in omnibus.

§. XVIII.

Diuersarum rerumpublicarum arcana, fraudes & scelera, alii exposuerunt, ex quibus multa hauriuntur, quae in vsum ducantur. (o) Excellunt in hac classe ARNOLDI CLAP-

(o) *De Stratagematibus politicorum, seu variis dominandi artibus, ex mente veterum*, vid. M. Io. FRIED. ROSTII disput. Lipsiae 1734. conscripta. IOANNES ANDREAS SCHMIDIVS in *Arcanis*

Clapmarii libri VI. *de arcanis rerumpublicarum*, a Ioanne Corvino ſcholiis marginalibus & praefixa epitome illuſtrati, cum adnexo diſcurſu Christoph. Besoldi, Lugduni Batauorum 1641. 12. *(p)* auxit deinde eadem atque caſtigauit Martinvs Schoockivs,

canis Dominationis in rebus geſtis Cromwelli edit. Ienae 1682. nec non M. Ioannis Henrici Kravsens Diſſertatio de *Fallaciis Politicis* edit. Lipſiae 1705. 4.

(p) Clapmarivs de *arcanis rerumpublicarum* Lib. IV. Cap. XXI. vere pronunciat: *Dominandi iura tantum abeſt, vt religionem deprauent, vel pietati aduerſentur; vt potius ei inſeruiant. Id enim efficiunt, vt religio in republica ſarta tecta ſit, & rite colatur.* Integritas doctrinae huius viri alibi etiam eſt conſpicua; ſed inter lynceos ſcriptores haud referendus. Primam editionem operis iſtius Ioannes Clapmarivs Med. D. frater Arnoldi Clapmarii, poſt fata huius, addita praefatione Bremae inprimi curauit 1605. 4. Promeretur tamen laudes, quum qui de arcanis Rerumpublicarum ante eius tempora ſcripſerit, ſciamus neminem; adplicari igitur iure ei poteſt illud:

Auia Pieridum peragrat loca, nullis ante
Trita ſolo.

Erant alia Politica prae manibus Arnoldi Clapmarii, & iam vere exaſciata, veluti Libri quatuor de vectigalibus: Libri quatuor de Iure Publico: Libri tres de Foederibus: Liber de Magiſtratibus: Notae in Politicam Ariſtotelis: Commentarius in C. Cornelium Tacitum. Conf. praefatio fratris indicata.

CKIVS, Francofurti ad Viadrum 1668. 8. Elegans est *Clapmarii* labor, multis exemplis illustratus, sed generalis nimis; *Schoockius* tamen eodem longe est inferior. Secutae sunt DESIDERII CRESCENTII *artes reconditae regendi & dominandi respublicas*, Traiecti ad Rhenum 1657. 12. (q) Maiorem tamen prudentiam politicam habet TRAIANVS BOCCALINI. Hic enim primum edidit *Ragguagli di Parnasso*, *relationes ex Parnasso*, Italice primum, saepius post gallice, latine, anglice, hispanice, belgice & germanice versas, cum appendice HIERONYMI BRIANI, in quibus varia arcana rerumpublicarum detexit. Aduersarium autem nactus est, cuius *Riposta alla quarta centuria* exstat, &, quae huic iterum a *Boccalino* opposita est *Replica alla Risposta*. Idem edidit *Pietra del Paragone Politico*, seu *lapidem Lydium politicum*, siue *discursus politicos de maximis Monarchiis huius mundi*, vbi potissimum statum Hispanorum, horumque adfectatam Monarchiam describit. Recentissima est editio,

(q) Anno 1662. Lugduni in 4. prodiit *Principe perfecto y Ministros ajustados*; *documentos politicos y morales en emblemas*; auctor est ANDREAS MENDO e societate Iesu; qui idem argumentum expendit, sed ambagibus tricisque variis praepeditur lector istius libri.

ditio,quae Cosmopoli (Berolini) apud *Cornelium Last* 1726. 8. prodiit *(r)*. Prodierunt postea

(*r*) In eiusmodi scriptis iniurias aduersus se spargi sentiunt principes. Quare iis non immoramur. Id monere satius fuerit, praesulis eminentissimi BENTIVOGLII Opera; *Lettres du Cardinal* D'OSSAT *avec des notes Historiques & Politiques de Mr.* AMELOT DE LA HOVSSAIE edit. auct. Amstelod. 1708. V. Vol. in 8. *Lettres du Cardinal* MAZARIN.*Nouvelle edition augmentée d'une seconde Partie* Amstelodami 1693. 8. *Lettres du Cardinal* ALBERONI *au Cardinal Paolucci* edit. Amstelodami 1721. 8. *Lettres d'Etat du Comte* D'ARLINGTON *au Chevalier Temple, les Comtes de Sandwich & de Sunderland,& aux Chevaliers Fanshaw Godolphin & Southwel.* Vltraiecti II. Vol.8.1701.*Lettres & Negociations* D'ESTRADES, COLBERT, DE CROISSY, & D'AVAVX, *à la Paix de Nimegue, & les Reponses & Instructions du Roi & de Mr. de Pomponne* Tom. III. Hagae 1710. 8. *Lettres & Negociations entre* Mr. IEAN DE WITT & *Messieurs les Plenipotentiaires des Provinces Unies, aux Cours de France d'Angleterre, de Suede, de Danemark, de Pologne* &c. *depuis l'A.* 1652. *jusqu' à l'A.* 1669. *traduites du Hollandois.* Amstelodami 1725. Vol. IV. *Lettres de Mess.* D'AVAVX & SERVIEN *Ambassadeurs pour le Roï de France en Allemagne* &c. edit. 1656. *Relationes* insertas Collectionibus HONORII & CASPARIS ENS; *Ministeria Cardinalium* RICHELII & MAZARINI lectu esse plane dignissima. Ita etiam *Conclauia* multa pontificum, ad penitiorem rerum ciuilium cognitionem mirifice conferunt; iunctim autem plura Conclauia prodierunt 1667. Catalogum nonnullorum

postea sub BOCCALINI nomine varia scripta politica anonymi cuiusdam, quae tamen non semper iudicium eiusdem prae se ferunt. Elogium autem Boccalini famigeratissimi duobus locis in *Pinacotheca* dedit ERYTHRAEVS. Scilicet *Pinacotheca* I. pag. 271. edit. Lipsiens. & *Pinacotheca* III. Num. LIX. pag. 765. adde THEOPHILI SPIZELII *litteratum felicem*. pag. 224. seqq. & PASCHII *inuenta nouantiqua* Cap. II. §. II. pag. 8. Idem cum *Boc-*

lorum scriptorum classis huius texit CRENIVS Tom. II. *Methodor*. pag. 396. Inprimis legatur *Histoire des Conclaves depuis Clement V. jusqu' à present*. Parisiis 1689. in 4. Auctor huius inde ab auspiciis pontificatus Clementis V. Anno MCCCV. electi, incipit, & vsque ad Annum MDCLXVII. filum ducit suae historiae. Sed Conclauia post translocationem sedis Romanae Auenionensem celebrata non descripsit, hinc nec adumbrauit, quae a Clementis V. vsque ad Vrbani VI. tempora contigerunt. Mirus eiusmodi librorum vsus declaratur in *Histoire des Ouvrages des Sçavans Septemb.* An. 1690. Artic. III, pag. 22. Paucula haec addam : *Les cabales & les brigues, & tout ce que l'experience d'une Cour rafinée peut avoir appris d'artifices & de subtilitez, sont là mises en usage* ; (in electione pontificis Romani) *soit pour s'elever à cette place eminente, soit pour traverser, ou pour favoriser les pretentions d'un ennemi, ou d'un protecteur. Et ce qu'il y a de singulier, c'est que le S. Esprit ne manque pas de diriger tous ces mouvemens, & de s'en servir comme de causes secondes pour donner à l'Eglise un Chef, & un successeur à S. Pierre.*

Boccalino egit IOANNES BARCLAIVS, in *satyrico* suo, quod sub nomine *Euphormionis* prostat, in quo stilo *Petroniano*, omnium rerumpublicarum & Principum Europae virtutes, vitia & errores perstringit. Optima est editio, quae cum notis variorum & claue prodiit Amstelod. 1637. 12. & Lugduni Batau. 1674. 8. Accessit posthaec pars quinta, seu *Veritatis lacrymae:* vel Euphormionis continuatio per ALETOPHILVM, seu CLAVDIVM BARTHOLOMAEVM MORISETVM, quae Amstelodami prodiit 1664. Idem Barclaius in *Argenide* sua, res Gallicanas & statum Galliae sub fictis nominibus magna cum amoenitate describit: prodiit cum claue & figuris aeneis Francofurti ad Moenum 1676. 8. atque in varias linguas fuit translata (s). Prodiit etiam Argenidis con-

(s) ARGENIS, *Roman Heroique*, Parisiis 17?8. II. Vol. 12. prodiit; sed non tam interpretationem gallicam, quam compendium gallicum operis Barklayi comprehendit; hinc editor subinde ordinem ipsum mutauit. Ceterum obseruandum est, nec vllam Romanensem fabulam latine conscriptam esse, praeter Barklayi; eo magis memorabilem, quia munere suo egregie functus fuit auctor. Ex mente multorum, Homerum Virgiliumque & vtilitate & iucunditate antecedit; ita v. g. editor noster hac de re: *Homere n'introduit dans son poeme que des esclaves craintifs, ou des Princesses adul-*

continuatio, siue pars altera 1626. 8. auctore quodam MOCHENBERGIO, Gallo, vide FELLERI *monimenta inedita*, *Trimestri* X. pag. 538. seqq. Facit huc etiam anonymi scriptoris (*t*) Itali *Secretaria d'Apolline*; Dom. *de* ROHAN *trutina Statuum Europae* gallice scripta, post per *Iosuam Arndium* latine versa cum notis, Güstrouii 1665. 8. *Cabinet du Roy Louis* XI. *à Paris*. 1661. 12. *ephemeris propudiosa Ludouici* XI. Galliae regis, & quae sunt scripta similia, qualia nostro tempore quo-

adulteres; *Virgile que des imbeciles ou des furieux*; *le Tasse que des Dragones ou des Magiciennes*; *Argenis a toutes les qualités eminentes qui font la qualité des Filles vertueuses*, *mais sensibles*; *la prudence*, *la grandeur d'ame*, *la fermeté*, *la tendresse nait de sa reconnoissance*. &c. add. *Supplement du Journal des Sçav* Ann 1728. p. 683 seq. Postremo animaduertimus, COEFFETEAV etiam esse Barklayi epitomatorem, sed ille Coeffetaeum gloria excellit.

(*t*) Praecipue huc facit NAVDAEI de *arcanis rerumpublicarum commentarius*, gallice conscriptus, qui in germanorum vernacula f t comparuit: GABRIEL NAVDAEENS *Politische Gedancken über die Staats-Streiche aus dem Frantzösischen übersetzt durch den Beschirmeten*, Lipsiae 1668. 12. interprete CHRISTIANO DE RYSSEL; ob raritatem commendabilis est haec translatio, quoniam in praefatione declaratur, duodecim tantum impressa esse exempla; licet a veritate auctor saepe abscedat, & longissime in auium se & errores coniiciat.

quotidie eduntur. (*u*) Leonhardus Weid *hispanicae dominationis arcana* descripsit, atque mores hispanorum, singula confirmans auctoritatibus.

§. XIX.

Magis progressi fuerunt ad specialia, qui in notitiam rerumpublicarum introducunt, vel certas quasdam descripserunt respublicas.

(*u*) Non ambigitur, quin locum hic sit sibi vindicaturus liber, nuper euulgatus sub titulo: *Entretien Politique entre quelques Suisses des treize Cantons, & des Païs alliés sur l'Etat présent où se trouve le Corps Helvetique, avec une Carte curieuse & exacte de toute la Suisse.* Londini 1738. excus. (Vid. *Nouvelle Bibliotheque, ou Histoire litteraire des principaux Ecrits qui se publient. Supplement aux Mois d'Octobre, Novembre & Decembre*, 1738. N. 1. pag. 364. seqq.) nec non *Memoires du Comte de* Pont Chartrain, Ministre & Secretaire d'Etat, sous la Régence de la Reine Marie de Medicis, *contenant un détail exact des Intrigues de la Cour, des Desordres & Guerres dans le Royaume, & de tout ce, qui s'est passé de plus remarquable en France, durant la Minorité de Louis* XIII. in II. Tom. in 8. recus. Hagae Comitum 1729. A partium studio auctor est alienus, atque ita multa lectu digna, nec alibi obuia, enarrat. *Nouveaux Memoires du Chevalier* Gvillavme Temple, Ambassadeur & Plenipotentiaire de la Grande Bretagne en diverses Cours de l'Europe, *contenant un detail interessant curieux des Intrigues de la Cour d'Angleterre, des Brigues des differens Parties, des Negociations des*

cas. (v) Prius egit IOANNES ANGELVS WERDENHAGEN, in *vniuersali* sua *Introductione in omnes respublicas*, Amstelodami 1631. 12. multa tamen inibi reperiuntur confusa, atque sine ordine scripta. Praeferenda est IOANNIS ANDREAE BOSII *introductio generalis in notitiam rerumpublicarum orbis vniuersi*, Ienae 1676. 4. quae egregia est, & multa cum cura elaborata. Alii vero plures respublicas simul descripserunt. (w) Inter Italos exstat PETRI LOTTINI *thesaurus rerumpublicarum*, italice primum editus, Francofurti 1617. 4. quae editio est optima. *Relationes vniuersales* IOANNIS BOTERI *Guiliel-*

des Ministres & de lui même dans les Cours étrangeres depuis la Paix de Nimegue jusqu'à la Retraite de l'Auteur. Edita cum praefatione D. IONATHAN SWIFT, cum vita & charactere auctoris, edit. Hagae Comitum 1729. 8.

(v) DIDACVS DE SIMANCAS *Collectanea de Republica* Princiae 1565. conscripsit, Venetiis recus. 1569. 4. Longe auctiores editiones vero sunt Antwerpiensis 1579 8. & Salmanticensis 1582. 8. excus. Omnigenae lectionis fuit hic auctor, sed impiis superstitionibus, ad insaniam vsque imbutus.

(w) Inter eos, qui in collectionibus Rerumpublicarum Elzeuiriorum aliorumque, non reperiuntur scriptores, numeramus POSTELLVM *de Monarchia Gallica*; SIMONEM STAROVOLSCIVM de *Polonia*; VBERTVM FOLIETAM de Republica Genuensi; VBB. EMMIVM de *Frisiorum Republica.* Plures legas in BOSII *Dissert. Isagog. de Compar. prud. ciu.* §. LXXVII.

lielmus de Breeque latine vertit, alius continuauit, & IVSTVS REIFFENBERGIVS sub titulo *politiae regiae* edidit Marburgi 1620. 4. (*x*). FRANCISCI SANSOVINI libri XXII. *de gubernatione diuersorum regnorum & rerumpublicarum* italice scripti prodierunt Venetiis 1683.

(*x*) Adhiberi non fine fructu etiam poterit PETRI BELVGAE Valentini, I. C. celeberrimi, *Speculum Principum*; in quo vniuersa Imperatorum, Regum, Principum, Rerumpublicarum ac Ciuitatum, Subditorumque, Comitum, Baronum, Nobilium, ac Ciuium iura, officia, dignitates ac mores, praesertim regni Aragoniae, varie ac dilucide tractantur. Ex iure canonico, ciuili, constitutionibus regum Hispaniae, Iurisconsultorum, Historicorum, *Philosophorum* & *Politicorum*, variarum curiarum decisionibus, praeiudiciis & votis, controuersiisque, passim in congregationibus, collegiis, ceterisque conuentibus accurate resolutis; Opus omnibus Iuris Consultis, Politicis, Antiquariis, ceterisque fori, curiarum, ac iustitiae sequacibus, maxime consiliariis, syndicis, ac procuratoribus nobilium, vniuersitatum, ciuitatum ac villarum perquam iucundum & vtile. Vna cum additionibus & commentariis D. CAMILLI BORELLI I. C. Oliuetani, Equitis aurati & comitis Palatini: Atque idea operis Rubricarum ac Capitum Summis, rerum & verborum indice locupletissimo, a multis & innumeris, quibus hactenus scatebat mendis purgatum. Accessere D. ANTONII DE FVERTES & BIOTA Aragoni I. C. Castrensis Regii Consiliarii ac Quaestoris Ordinarii Mediolanensis, *Aureae Additiones*. Bruxellae typis & sumtibus Francisci Viuieni 1655. fol. Prodiit

1683. (y) & saepius. LVCAS *de* LINDA in *descriptione orbis & rerumpublicarum*, quae Lugduni Batauorum 1655. 8. excusa est (z), statum geographicum singulorum regnorum describit, atque adeo ad hunc censum haud pertinet. Accuratior vero est editio, quae Ienae prodiit 1670. 8. & a BOSIO nostro est a mendis suis correcta & pluribus locis aucta. Hisce merito suo praeferendus est CASPARIS ENS (a) *thesaurus politicus*, qui ex italico translatus Coloniae editus est 1610. 8. Eundem emendare atque continuare promiserat *Bosius*, verum etiam hic labor cum aliis eiusdem promissis intermissus est. Minoris molis tractatus sunt, qui apud Germanos fuerunt editi: GEORGII HORNII *orbis imperans* explicat respublicas, principatus regna & imperia, (b) prodiit cura *Ioa-*

etiam antea Parisiis 1530. & Venetiis 1580. Conf. ANTONII *Bibl. Hispan.* qui post annum MD. floruerunt, Tom I. pag 94. & *Bibl. Vniuersalis* Vol. IV. pag. 371. seqq.

(y) Primo excudebantur Venetiis 1672.

(z) Anno 1656. Germanice exiit Francofurti, titulo praefixo: *Orbis Lumen & Atlantis iuga tecta retecta.*

(a) Prodiit etiam 1613. Adtigit auctor perplures ciuitates, adeoque iure locum occupat inter scriptores generales.

(b) Sua aetate floruit Hornius summa nominis celebritate; iam vero eo duce perpauci vtuntur.

Ioachimi Felleri Lipſiae 1693. 12. Eiusdem alium librum, titulo *orbis politici* vulgatum, correxit & recudi curauit Lipſiae 1687. 12. Otto Menkenivs, vir celeberrimus. Ioannes Fridericvs Poeppingvs *Orbem illuſtratum* ſcripſit 1669. 12. editum, quem plerumque ex *Conringii* collegio depromſit. Confer Molleri *hypomnemata ad Morhofii polyhiſt.* Tom. III. Lib. II. §. VI. pag. 494. Ex eodem ſua habet Christianvs Fvncivs, qui *Orbis hodienum imperantis* ſcripſit *breuiarium*, (c) per quaeſtiones deductum. Sed potiora, vti ipſe fatetur, in vſum ſcholae ex aliis collegit. Edidit quoque *introductionem poſitiuam ad orbis imperantis notitiam*, quae, omiſſis quaeſtionibus, per theſes tractat praecipua, quae in priori tractatu adducta. Poſt illam prodiit anonymi *Politiſcher Nachtiſch*, Francofurti 1695. 12. cuius auctorem Christianvm Weisivm eſſe conſtat. Potiores & praeferendi ſunt ſingulis bini ſcriptores alii. Philippvs Andreas Oldenbvrgervs quidem edidit *theſaurum rerumpublicarum totius orbis quadri*-par-

(c) Qui ſemel catechiſmum addidicit, methodo Funccii haud recreatur; nec pragmaticum, vti vocatur, iudicium ex ſcripto hoc elucet. Adiecit vero huic compendio appendiculam de *Curia Romana*, ſeu de ſtatu pontificis, quae laudatur a nonnullis.

partitum, Geneuae 1675. 8. V. Tomis, patuit tamen facile, hunc laborem esse HERMANNI CONRINGII. *(d)* Hic enim anno 1664. intra priuatos parietes de praecipuis rebuspublicis differuerat, atque aliqua auditoribus in calamum dederat. Haec igitur nactus *Oldenburgerus* vulgari fecit sub nomine proprio, additis notis parum necessariis, quas vel ex LVCAE *de* LINDA *descriptione orbis*, *(e)* STRAVCHII *dissertationibus exotericis* & similibus scriptis, fere sine iudicio excerpsit. Conquestus autem de hoc plagio fuit CONRINGIVS singulari admonitione, Helmstadii 1675. 4. publicata, quae *Oldenburgeri* famam in multis laedit. Licet autem *Conringio* animus non fuerit eadem publicandi, multam tamen in eius labore reperimus industriam, cum potiora, quae ab aliis dicta, in eodem reperiantur collecta, licet in plerisque regnis statum hodie plane videamus immutatum. Recentior ita-

(d) CONRINGIVM auctorem non esse, HARTNACCIVS fatetur apud GLADOVIVM in notis ad NAVDAEI *Bibliogr. Polit.* pag. 244.

(e) LVCAE DE LINDA *Descriptio orbis*, tyrocinium quasi fuit auctoris, digna tamen visa quae maximi fieret a pluribus. Exstant huius repetitae editiones variae, praeter supra citatas Ienensis prodiit, 1670. impressae nec non interpretationes germanicae, saepe renouatae.

itaque & ad noſtra tempora magis eſt accommodatus FRIDERICH LEVTHOLFF *von* FRANCKENBERG, ſiue potius BERNHARDI ZECHII *Europäiſcher Herold*, Francofurti 1688. f. (*f*) in quo ſtatum regnorum atque rerumpublicarum Europae, non ſolum ſecundum originem ſuam & hiſtoriam, ſed etiam politicam, accurate deſcribit. Fontes quidem, quibus in hac deſcriptione vſus fuit, non adlegat; varia tamen adiicit acta publica, quae multi vſus eſſe poſſunt. Illud ſaltim dolendum, quod naturam incolarum atque regionis breuius deſcribat, ac par eſt, adminiſtrationem tamen, reditus, potentiam Status & ſimilia, quae ad politicam faciunt, deſcripſit egregie. Tacemus iam PE-

(*f*) Editio ſecunda Lipſiae 1705. excuſa, praefert titulum: *Europäiſcher Herold, oder zuverläſſige Beſchreibung derer Europäiſch-Chriſtlichen Kayſerthums, Königreiche, Freyer Staaten und Fürſtenthümer; nach ihrem natürlichen- und Politiſchen Zuſtande, Kriegs- und Friedens-Religions- und weltlichen Verfaſſungen biſs auf dieſes MDCCV. Heil-Iahr.* Emendandis variis naeuis, repurgandisque erroribus antea admiſſis, non defuit auctor; acceſſere acta publica, ſed omiſſa etiam ſunt quaedam in priori editione obuia, nouis conuentionibus videlicet immutata. Nec iis in poſteriori vbique immoratur auctor, quae bilem principibus quibusdam in illa mouerunt.

PETRI D'AVITY theatrum (*g*) mundi, IOANNIS LVDOVICI GOTHOFREDI (*h*) *archontologiam cosmicam,* atque scripta similia, quae tamen prolixiora sunt in describenda historia, quam statu politico. (*hh*) Particulares

(*g*) Typis saepius est renouatum *Theatrum* illud AVITI, curatior editio Parisiis 1643. V. Vol. f. a RANCHINO & IO. BAPTISTA DE ROCOLES animaduersionibus vberioribus aucta excudebatur. Variis titulis est ornatum vnum idemque hoc opus; modo inscriptum: *Les Estats, Empires & Principautez du Monde* &c. *par le Sieur* D. T. V. Y. *à Rouen* 1633. modo ita: *Nouveau Theatre du Monde à Paris* 1651. f. deinde: *Le monde, ou la description generale de ses quatres parties, avec tous les Empires, Royaumes, Estats, & Republiques* 1643. Parisiis; quam editionem primo loco commendauimus; denique fert titulum: *Theatre de l' univers, ou l' Abregé du monde, contenant les descriptions particulieres de touts les Estats, Monarchies* &c. Parisiis 1644. in fol. Vid. BOSIVS de *compar. prud. ciuil. dissert. Isag.* §. LXXV.

(*h*) A BOTERO ad notitiam rerumpublicarum conducentes res collectas, non inutiliter auxit GOTHOFREDVS; titulum etiam ipsum libri a Botero confecti commutauit, Archontologiae vocabulo praefixo. Deinde autem GEORGIVS CHRISTOPHORVS HEINIVS, notis, politicis sententiis refertis, Gothofredi operi iunctis, id Francofurti 1649. e prelo exire passus est.

(*hh*) EVERARDI OTTONIS, qui scribendi laude excellit, *Primae lineae Notitiae Rerumpublicarum* Trai. ad Rhen. 1726. 8. excusae sunt.

lares respublicas varii descripserunt. In veterum descriptione exstat Nicolai Cragii (*i*) *de republica Spartana* tractatus, & Nicolai Sienicii *politica s. respublica Spartana*, Dantisci 1606. 4. *De Atheniensium republica* egit Carolvs Sigonivs, Francofurti 1693. f. & qui sunt scriptores alii. Inter recentiores, qui singulas descripserunt respublicas, notandi sunt scriptores rerumpublicarum *Elzeuiriani*, sic dicti, (*k*) quod apud

(*i*) Voto minor cessit a Cragio susceptus labor; hic enim raro, acu rem tetigit; vniuersa tamen non tanquam eiusdem commatis recipienda sunt.

(*k*) Iusto ordine ac loco, ita iuncti scriptores de rebuspublicis sunt, vt de imperio orientali pariter atque occidentali, de Italia vetusta & noua, de regnis Anglorum, Gallorum, Hispanorum, Suecorum, Danorum, Venetorum, Heluetiorum, aliarumque gentium de regundis ciuitatibus auctores, totidem velut enchiridiis, ac manualibus libris includantur. Accessit typorum nitor Elzeuirianorum notabilis, quique formam externam commendabilem reddit adparatus. Quae omnia a Navdaeo ipso l. c. pag. 100. laudantur, qui tamen exterorum conatibus raro addit calculum. Non vero eodem tempore excudebantur *Respublicae Elzeuirierum*, sed alia aliam excepit. Heluetiorum respublica prodiit 1627. in 12. & per idem tempus Respublica Scotiae & Hiberniae, Resp. Hispaniae 1629. Resp. Daniae Norwegiae Holsatiae &c. 1629. nec non eodem

 anno

apud *Elzeuirios* in Belgio in forma minori fuerunt excusi. Coeperunt istae anno 1610. nec tamen omnes paris (*l*) sunt industriae. Inter meliores aestimandae sunt illae, quae Io. DE LAET auctorem agnoscunt, vtpote eiusdem *Hispania & Gallia*, siue *de Francorum regis dominiis & opibus*. Reliquae collectae potius sunt ex aliis, quam vt magnam ipsorummet auctorum industriam prae se ferant. Plerasque recenset BOSIVS in dissertа-

anno Resp. Galliae. Resp. Rhetiae 1633. Resp. Sueciae 1633. Resp. Arabiae itidem 1633. Resp. Germaniae 1634. Respublica Tunica 1634. Resp. Bohemiae & Sabaudiae 1634. Resp. Lutzenb. Hano. & Namurci 1635. Resp. Anglorum 1641. Resp. Poloniae 1642. Resp. Moscouiae 1650. Resp. Batauiae 1652.

(*l*) Praeter perplures laudatos ab auctore, complectitur haec collectio, quos honoris caussa nominamus, scriptores: PETRI CVNAEI *Remp. Ebraeorum* ed. Lugduni Batauorum 1617. nec non CORNELIVM BERTRAMVM de eadem *Rep. Ebraeorum*, edit. Geneuae 1580. CAROLVMque SIGONIVM itidem de *Rep. Ebraeorum* 1585. Francof. edit. vt & de *Rep. Atheniensium*. Bonon. 1564. BARNABAM BRISSONIVM de *regno Persico*. Lutetiae Paris. 1595. VBBONEM EMMIVM *de Rebuspublicis veteribus Graeciae*, nec non de *Rep. Frisiorum*; WOLFGANGVM LAZIVM *de Rep. Romana*, Io. BAPTISTAM PLAVTONVM de *Rep. Heluetiorum*. Ne in immensum crescat catalogus, tacemus reliquos.

ſertatione Iſagogica *de comparanda prudentia ciuili*, §. LXXVI. & ſeqq. (*l*)

(*l*) Numerum iſtorum ſcriptorum ornant ſequentes: Io. Limnaei *Notitia regni* Franciae. II. Tom. Argentorati 1655. 4. *Nouvelle Deſcription de la France Par* M. Piganiol de la Force Pariſiis 1718. 8. Vol. VI. *Eines hohen Miniſtri abgeſtattete Relation von dem gegenwärtigen Zuſtand des Königreichs Franckreich; abſonderlich deſſen Hof-Cameral vnd Kriegs Staat betreffend.* Coloniae 1703. 4. *Etat Preſent de l'* Espagne. *Par Mr. l' Abbé de* Vayrac III. Vol. Pariſiis 1718. 8. *Relation de l' Etat & Gouvernement d' Eſpagne.* Coloniae 1667. 12. *Der neueſte Staat des Königreichs* Portvgall. *Nebſt einer Einleitung zum Begriff des Staats von Portugall.* Halae II. Vol 8. 1714. Casp. Contareni *Libri V.* de *Magiſtratibus & Republica* Venetorvm. Acceſſit Gverini Pisonis Soacii de Romanorum & Venetorum magiſtratuum inter ſe comparatione Diſſertatio. Venetiis 1592. 8. *Hiſtoire du Gouvernement de Veniſe, & Examen de ſa liberté. Avec la Suite de cette Hiſtoire, ou l' Hiſtoire des Uſcoques.* auctore Amelot de la Hovssaie. edit. auct. III. Tom. 8. Amſtelodami. *La Ville & la Republique de Veniſe* Pariſiis 1680. 12. Donati Iannotii *Dialogi de Republica Venetorum.* 1631. 8. Thomae Smith de *Republica* Anglorvm *Libri* III. Acceſſerunt Chorographica illius deſcriptio, aliaeque politicae diſſertationes Lugduni Batauorum 1630. 12. *Angliae Notitia, ſeu praeſens Status Angliae ſuccincte enucleatus* Oxonii 1686. ſaepiſſime recuſ. *L' Etat preſent de la Grande Bretagne apres ſon heureuſe Union en* MDCCVII. *Par* Gvy Miege Amſtelodami 1708.

1708. 8. *Memoires* de Mr. DE ROBINSON, *contenant l' Etat present de la* SVEDE Londini 1718 8. *L' Etat present de la Suede avec un Abregé de l' Histoire de ce Royaume. Traduit de l' Anglois de Mr.* ROBINSON. edit. II. Amstelodami 1720. 8. *Suecia, seu de Suecorum Regis dominiis & opibus commentarius Politicus.* Lugduni Batauorum 1631. *Etat du Royaume de* DANEMARK, *tel qu' il etoit en* 1692. *Traduit de l' Anglois* Amstelodami 1695. 12. *Desense de Danemark, ou Examen d' un libelle, qui a pour titre: Relation de l' Etat de Danemark &c.* Io. STEPH. STEPHANII *Sylloge tractatuum de Dania & Norwegia.* Lugduni Batauorum 1629. 8 Coloniae 1696. 12. edit. II. *Histoire de l' Etat present du Royaume de* HONGRIE. Coloniae 1686. 12. Io. FERDINANDI BEHAMB *Notitia* HVNGARIAE *antiquo-modernae Berneggeriana*, perpetuis obseruationibus condecorata. Argentorati 1676. 8. FRANC. MARINII *de scopo Reipublicae* POLONICAE *aduersus H. Conringium* Wratislauiae 1665. 12. *L' Etat actuel de la Pologne.* Coloniae 1702. CRISTOPHORI HARTKNOCH *Respublica Polonica* duobus libris illustrata. Francofurti 1687. 8. *L' Etat de L'* EMPIRE. Par LOVIS DV MAY Geneuae 1654. 8. *Etat present des Affaires d' Allemagne avec les Interests & les Genealogies des Princes de l' Empire.* Lugduni 1675. 8. *Memoires de la Cour de Vienne* Edit. II. auct. Coloniae 1705. 8. MARTINI SCHOOCKII, BELGIVM FOEDERATVM; seu distincta descriptio Reipublicae foederati Belgii. Amstelodami 1652. 12. Eiusdem Commentariolus de *Statu confoederatarum prouinciarum Belgii* Edit. IV. Hagae Comitum 1654. 8. Adiecta est de eodem argumento PAVLI MERVLAE *Diatriba*; vt & Decretum Ordinum Holl. & Westfris. de antiquo iure Reipublicae Batauae. PHI-

§. XX.

Politicae quoque confiderationis eft ftatus religionis in regnis atque rebuspublicis. (*m*) Exftat tractatus anonymi *de coniunctione*

Philippi Caesii a Zesen *Leo Belgicus*; hoc eft Reipublicae Belgar. foederatae Defcriptio. Amftelodami 1660. *Hiftoire des Comtes d' Hollande, & Etat & Gouvernement des Provinces Unies du Pais-Bas.* Hagae Comitum 1664. 12. *Remarques fur l' Etat des Provinces Unies des Pays Bas. Faites en l' an.* 1672. *par le Chevalier* Temple Hagae Comitum 1692. 8. *Anweifung der heilfamen Politifchen Gründe vnd Maximen der Republiqven Holland vnd Weft-Friesland.* Roterodami 1671. 8. *Etat prefent de la Gr.* Rvssie. Par Iean Perry, *traduit de l' Anglois.* Hagae Comitum 1717. 8. *Tableau de la* Covr de Rome, auctore I. A. Hagae Comitum 1707. *L' Etat du Siege de Rome* III. Tom. 8. Coloniae 1707.

(*m*) Haud quisquam tam infulfus infipidusque reperitur, qui negauerit religionem faluti ciuitatis inferuire; fed vid. *Reponfe aux Queftions d' un Provincial,* Part. III. Cap. XX. & de abufu religionis chriftianae tamquam medio Politicorum, eruditam *praefationem* M. Christoph. Wollii, ad verfionem libri a Samvele Chandler in Anglorum idiomate *de natura atque vfu miraculorum*, confcripti, edit. Lipfiae 1729. 8. Spectat huc etiam Masii *intereffe principum circa religionem euangelicam.* Hafniae 1687. in 4. edit. Cumprimis vero vid. fummi viri Gerardi Noodt Differtatio de *Religione ab imperio iure*

iunctione religionis & imperii, Parisiis 1575. 8. Sic etiam habemus DANIELIS CLASENII librum *de religione politica*, Magdeburgi 1655. 8. Huic tamen praeferendus est tractatus ANTONII FABRI *de religione regenda in republica*, qui Ienae primum editus 1625. 4. post cum notis AHASVERI FRITSCHII, Francofurti 1665. 4. IACOBVS PAMELIVS *de religionibus diuersis, non admittendis in vno vnius regni loco* scripsit, Antwerpiae 1589. 8. Elegantissimus liber est SAMVELIS PVFENDORFFII *de habitu religionis christianae ad vitam ciuilem*, Bremae 1687. 8. in cuius appendice quoque ADRIANI HOVTYNI principia *de potestate summorum imperantium circa sacra* examinauit. IOANNIS PAVLLI KRESSII *notae* in hunc *Pufendorffii* librum omnium meruere adprobationem. (*m*) PETRI *de* MARCA *concordia regni & sacerdotii* hic quoque locum inuenit. (*n*) *Scrutinium*

iure gentium libera. Lugduni Batauorum 1706. 4. impressa: & Anonymi tractat. *Plusieurs Raisons Politiques, qui prouvent, que la Religion Romaine ruine tous les Etats ou elle regne* Londini 1699. 12.

(*m*) Conf. ad §. sequentem dicenda.

(*n*) Singulari ac multiplici industria in hoc argumento solide explanando elaborauit, qui primas inter omnes

nium religionum edidit Andreas Sennertvs 1669. 4. ſed praeſtantius adhuc eſt Edvardi Breerewoodi *ſcrutinium religionum*, (*n*), Francofurti 1659. 4. auctius atque correctius 1679. 12. Optimum vero eſt ſcriptum Edoini Sandis *relatio de ſtatu religionis per vniuerſam Europam*, quae anglice primum prodiit, poſt in varias linguas fuit translata, vbi de ſingulis religionibus multa cum prudentia iudicat. (*o*) Pertinet huc etiam erudita cel. Bvddei diſſertatio *de concordia religionis Chriſtianae ſtatusque ci-*

omnes tenet iureconſultos, Ivstvs Henningvs Boehmervs; praeter alia ſcripta enim, auctore illo πολυμαθεστάτῳ *Selectae Obſeruationes Eccleſiaſticae*, *Diſſertationes illuſtriſſimi archiepiſcopi* Petri de Marca *de Concordia Sacerdotii & Imperii illuſtrantes*, *& ſtudio iuris eccleſiaſtici inſeruientes* prodierunt Lipſiae 1708. Vid. etiam de libro *Petri de Marca* Ioannem Frickivm in *Inclementia Clementis examinata Diſſertat.* I. Cap. II. §. II. pag. 30. ſeqq. Ioannem Clericvm in *Biblioth. Choiſie* Tom. XVII. pag. 270. qui editionem Petri de Marca Francofurti 1728. impreſſam percenſet.

(*n*) Anglice liber Breerewoodi exiit ſub titulo: *Enquiries touching the diverſity of languages:* Interpretationi latinae longe praeferenda eſt Britannorum editio, quum in illa tam integra capita, quam praefatio auctoris prorſus fuerint omiſſa.

(*o*) Cum paucis huius generis ſcriptoribus comparari poteſt:

ciuilis, Halae 1701. 4. (*o*) Partim etiam huc faciunt scriptores *irenici*, qui de vnione re-li-

potest: *The Alliance between Church and State* &c. auctore WARBVRTON, qui est Anglicanae ecclesiae minister, adeoque caussam huius prae ceteris agit. Originem rerumpublicarum altius repetit, sed fidem haud vbique facit, omissis testimoniis necessariis. Prodiit quoque 1737. D. BANNIZAE Dissertatio *de diuersarum Religionum in eodem territorio tolerantia, ac receptione generica & speciali*; auctor quidem Romanae ecclesiae addictus est, sed natura illi infeuerauit aequitatem dexteritatemque haud vulgarem; hinc Westphalicae pacis normam haud transgreditur sanctissimam; sed rationibus solidis plerumque suffultus, sententiam suam hac de re reddit efficaciorem. Lege etiam probatissimi SAMVELIS WERENFELSII Dissertationem de *libertate conscientiarum* Basileae 1709. impressam cum aliis dissertationibus huius viri.

(*o*) Summam doctrinae istius, idem BVDDEVS venerabilis huc redire asserit: Principum imperio in ciuitate subiecta esse omnia; sacrorum curam cordi iis esse debere, ne publica turbetur tranquillitas; etsi quae credere quaeue non credere ciues oporteat, iis praescribere iure non possint. Nihilominus sacrorum directionem positam esse in principis voluntate, nec statum independentem, seu rempublicam in republica admittendam, ne summae principis maiestati ista ratione repugnetur. In sacrorum directione ad salutem reipublicae ita respiciendum, vt ipsi religioni non noceatur; religionem in se spectatam nullam admittere coactionem, hoc tamen non obstare, quo minus qui religionis obtentu rempublicam turbare

ligionis procuranda fuerunt solliciti, de quibus tamen in *bibliotheca Theologica* dicendum. Doctus quidem, periculosissimus tamen liber est, de populis terrae australis incognitae, quos *Seuerambes* dicunt, qui primum anglice, post gallice, *(p)* demum belgice prodiit,

bare adnituntur, compescantur, coerceanturque &c. Conf. *Isagoge Historico - Theologica* Libr. Posterior. Cap. V. §. IX. seqq.

(p) Interpretationis gallicae auctor est Denys Vairas. In anglico idiomate conscripta haec historia fuit, titulum autem fert translationis; En Gallicae inscriptionem: *L'histoire des Sevarambes peuples qui habitent une partie du troisieme Continent, communement appellé la terre Australe* Parihis 1677. 12. recus. Amstelod. 1702. 12. Reipublicae fictae forma, (licet eam existere auctor affirmet) mores, artes, scientiae, religio, in illa ita delineantur, vt liberius dicta interdum occurrant. In dedicatione ad Mr. Riquet *Baron de Bonrepos* praemissa, comparatio inter Galliam atque Hispaniam probabilis instituitur; & generatim de ratione status solerter differitur, quodque praeceptis deest, in ipso libro suggerunt exempla adscripta. Christianvs Thomasivs in *Freymüthigen Gedancken* An. 1689. pag. 963. auctorem libri istius vocat *Mr.* D'Allais; sed Samsonvm etiam, Geographum laudatissimum, nonnulla ei subministrasse, sunt qui opinantur. Editor quidem libri inscripti: *Recueil de Litterature, de Philosophie & d'Histoire* pag. 43. haec prodidit: *Morhof dans son Polyhistor dit, qu'Isaac Vossius est auteur de l'Histoire des Sevarambes. Il se trompe: c'est un certain* Delon *Ministre:* Vtinam addidisset probationem.

diit, inſcriptus: *Hiſtoire des Severambes, behelzende een Beſchryving van het vnbekend Zuidland*, germanice etiam Solisbaci 1689. excuſus. Vbi nihil aliud agit auctor, quam vt oſtendat, vnam eſſe religionem naturae rerum conformem, quae Deum ſupremum, atque eius quaſi vices in orbe hoc inferiori repraeſentantem, Solem veneretur. (*p*) Quare, quum data occaſione aduerſus Trinitatem & Chriſtianiſmum diſputet, inter libros damnatos omni merito refertur a MORHOFIO, *Polyhiſt.* Lib. I. Cap. VIII. pag. m. 75. Auctorem huius libri vero, cui ALLAISIO nomen eſſe coniectura eſt, a MORHOFIO eodem Tom. I. §. XXIII. pag. 74. atheiſmi accuſatum, abſoluit CHRIST. THOMASIVS in *Monaths-Geſpraechen* a. 1689. pag. 963. Conf. cel. HEVMANNI *de anonymis & pſeudonymis* commentarium, pag. 52 ſeqq. (*q*)

§. XXI.

Iura principum circa ſacra alii deduxerunt. Maieſtatis iura circa ſacra ex parte ſuppri-

(*p*) In naeuos etiam ſtatuum diuerſorum, quibus noſtrae ciuitates componuntur, argute inuehitur.

(*q*) Vſu rerum & ingenii vi exercitatus *anonymus*, edidit ad exemplum libri iſtius: *Reiſe-Diſcurſe einiger Sevaramber, welche Europa beſehen:* laudatur is in *monathlichem Auszug aus allerhand neu herausgegebenen, nützlichen vnd artigen Büchern.* Menſ. Octobr. MDCCII. pag. 10.

supprimit, sed moderate illud agit Nicolavs Wedelivs *de Episcopatu Constantini M.* Franeckerae 1642. 12. Huic se publico iussu in Belgio opposuit Gvilielmvs Apollonivs in libro *de Iure Maiestatis circa sacra*, Medioburgi 1643. 8. Prae ceteris hanc materiam pertractauit Hvgo Grotivs de *imperio summarum potestatum circa sacra*, cum scholiis Davidis Blondelli, quibus *de regimine plebis* agit, Parisiis 1648. 8. (q) Nota

(q) Hermanni Conringii disp. *de maiestate, eiusque iuribus circa sacra & profana potissimis*, Resp. Sigismvndo Ioanne Tennemann Helmstadii; 1669. Eiusdem disputatio *de Maiestatis ciuilis auctoritate & officio circa sacra*, Resp. Mart. ab Heimbvrg, habit. 1645. recus. 1678. cuius laudes Thomasivs in *Historia Contentionis inter Imper. & Sacerdotium* pag 649. ostendit. Illustris etiam legenda est Henrici Coccejii Dissert. Iuridica de *Euocatione sacrorum* ad L. 9. §. 2. ff. *de Rer. Div.* praecipue vero Ioannes Pavlvs Kressivs, ICtus incomparabilis, in praefatione praemissa *Commentario* dignissimo qui maximi fiat ab omnibus, *ad Samuelis Pufendorffii tractatum de habitu religionis ad statum* edit. Ienae 1712. 8. in quo non iureconsulti perspicacissimi solum, sed & theologi grauissimi, pariter ac philosophi, tuetur partes auctor optimus. Anonymum, *in Traité des Bornes de la Puissance Ecclesiastique & de la Puissance ciuile, avec un sommaire chronologique des* En-

ta quoque sunt scripta THOMASIANA, de regimine ecclesiastico, quae postea coniunctim in germanicum idioma translata a IOANNE GEORGIO ZEIDLERO, prodierunt Francofurti ad Moenum 1701. 4. Titulus libri est: *dreyfache Rettung des Rechts Euangelischer Fürsten in Kirchen-Sachen.* Et quidem primo continet THOMASII disputationem de hac materia. Deinde *weitere Vntersuchung der einfaeltigen Anweisung, wie die Protestirende Kirche zu vereinigen vnd zu verbessern sey.* Tertio defensionem THOMASII contra *apologiam regiminis ecclesiae.* Singulis scriptis, regimen ecclesiasticum, quantum in coactiua, quae dicitur, gubernatione consistit, principibus, excluso clero, concedit, atque variis argumentis illud firmat. Idem CHRISTIANVS THOMASIVS *iura principum euangelicorum in decidendis controuersiis theologicis* adserere nititur in tractatu suo, cui titulus: *das Recht Euangelischer Fürsten (r) in Theologischen Streitigkeiten,*

Entreprises des Papes, pour étendre la Puissance Spirituelle, & des Suites que ces Entreprises ont eu, sur tout en France, comme aussi des Faits concernant les Disputes du Tems, par un Conseiller de Grand' Chambre Amstelodami 1734. 8. in numerum horum incluserim.

(r) Io. GEORGII REINHARDI, *in Senatu eccles. Saxon.*

ten, Halae 1696. 4. (*s*) Prodiit etiam *disputatio Theologi Lipsiensis*, IO. BENEDICTI CARPZOVII *de iure decidendi controuersias theologicas*, *cum scholiis iureconsulti Halensis*, qui est *Christianus Thomasius*, Halae 1701. in quibus sententiam suam magis adhuc explicauit. Conferenda etiam sunt, quae vir illustris *in historia contentionis inter imperium & sacerdotium*, (*t*) *vsque ad seculum* XVI. *cum ap-*

xon. Elect. Consil. Meditationes de iure principum Germaniae, *cumprimis Saxoniae*, *circa sacra*, Halae 1717. excudebantur, quas ii exosculantur, qui summam legitimamue principi potestatem adscribunt. E tabulis publicis, monimentis editis ineditisque omnia insuper confirmauit auctor.

(*s*) Censuram scriptorum horum clerus saepe incurrere solet, inprimis autem in libro: *A Short View of the Conduct of the English Clergy*, *so far as relates to Civil affairs*, *from the Conquest to the Revolution* Londini 1737. Sed lectoribus haec haud obtrudimus principia. Omnino vero satisfacit nobis illustris Io. VLRICI CRAMERI, solidiori doctrinae ad exemplum vsque & immortalem nominis gloriam deditissimi, Differt. *de iure circa sacra Collegiali & Maiestatico* Marburgi 1736. 4. proposita.

(*t*) GOLDASTI Monarchia Imperii 1662. in III. Vol. in fol. Francofurti expressa, praecipue vsus est Thomasius in exarando hoc scripto. Accesserunt etiam IACOBI THOMASII, obseruationes de iure principis ratione sacrorum. Qui liber quum manibus assiduis euoluatur, tantum monemus, errores praecipuos a Thomasio repudia-

appendice supplementorum de Iure summarum potestatum circa sacra, & monitorum de methodo & supplementis continuationis historicae, Halae 1722. 8. hanc in rem scripsit. (*u*)

§. XXII.

De *ratione Status* (*v*) multi sunt, qui egerunt.

diatos quidem esse, sed non sine vehementi animi adfectu. Argute autem probauit; scriptores apud Goldastum haud paucos, a veritate abludere, indeque plura incommoda fluere in doctrinam de principe ratione iuris circa sacra. Notas denique nonnullas adiecit operi Thomasiano *anonymus*, qui illud percensuit in *Bibliotheque Germanique* Tom. XI. Art. IV. pag. 110 seqq. vt & PHILIPPVS LINDNERVS l. c.

(*u*) Complacet nobis de iure principum, & officiis ad religionem facientibus, *Mr.* DE BEAVSOBRE Disputatio in *Histoire Critique de Manichée & du Manicheisme*, nec non in defensione huius libri, contra censuras Treuoltiensis diarii proposita, quae prodiit Mense Febr. 1735. & Mense Ian. 1736. insertaque est *Bibliothecae Germanicae* Tom. XXXVII. Art. I. pag. 1 seqq. speciatim vero pag. 46. seqq.

(*v*) *Latinis auribus priscis quidem insolens haec locutio, nec adeo pridem demum ex Italia verbotenus translata:* CONRINGIVS pronunciat de *Prud. Ciu.* Cap. II. pag 9. Add. HIPPOLYTVS A LAPIDE in Differt. de *Rat. Stat. in Imp. Rom. Germ.* Prolegom. & LVDOVICVS ZVCCOLVS in Differtatione de *Ratione Status* pag. 3. seqq. nec non M. GEORGIVS PAVLVS RÖTENBECCIVS in Differtatione cuius index est: *Rationis Status mon-*

runt. (w) Ioannes Botervs primus fuit, qui rem antea confusam iusta methodo distinxit. Prodierunt autem eiusdem *della ragion di stato* libri X. adiuncti eiusdem *relationibus vniuersalibus*, Venetiis 1589. & 1640. 4. (x) Lege Ioannis Fabricii, celeb. viri, *historiam bibliothecae* Tom. IV. pag. 196. Ante *Boterum* illud egit Cyrvs Spontonvs *del governo di Stato, in Venetia* 1627. 4. Gabriel Zinnanvs *della ragione degli Stati, in Venetia*

monstrosa aequiuocatio, e celebriorum Politicorum monimentis fideliter eruta, Irenicaeque Philosophiae congruenter excussa Altdorf. 1685. 4.

(w) Casp. Thvrmanni *Bibliotheca Statistica, s. syllabus eorum, qui de ratione Status, principumque ministris, consiliariis, legatis & bonis domanialibus scripserunt.* Halae 1701. 4. Hermanni Conringii disp. *de Ratione Status*, Helmstadii 1651. 4. Lvdovici Villete *Traité des Societés Civiles*, Parisiis 1727. 8. prodierunt. Conf. quoque Opera perillustris Marchionis St. Croix Marcenado, Plenipotentiarii regii in Congressu Cameracensi X. Tomis comprehensa, quae prodiere Madriti 1727.

(x) In Politica bibliotheca locum non minus occupant Boteri Libri III. de *regia sapientia*, auspiciis eminentissimi praesulis *Caroli Borromaei* confecti; nec non *Le vite de Principi Christiani: detti memorabili di personaggi illustri.* Aliaque scripta. Vid. Rossolti *syllabus script. Pedemont.* Niceron in *Memoires* Tom. XXIV. *Fortsetzung des allgemeinen Historischen Lexici* Part. I. sub voce *Botterus.*

tia 1626. 4. LUDOVICUS SEPTALIUS (*x*) Mediolani 1627. 4. IOANNES ANTONIUS PALAZZUS, Venetiis 1605. 4. SCIPIO CLARAMONTIUS, Florentiae 1635. 4. &, qui hosce secutus fuit, HIERONYMUS FRACHETTA, (*y*) Venetiis 1647. 4. Optimus vero videtur FRIDERICUS BONAVENTURA, (*yy*) cuius est tractatus *della Ragion di Stato*, s. *de ratione Status & prudentia politica*, Vrbini 1623. 4. vbi magno ingenii acumine, quid sit vera status ratio, declarat. Licet hodie

(*x*) SEPTALII huius est rarissimus liber, cui index: *De ratione instituendae & gubernandae familiae*, libri V. Mediolani apud Io. Baptistam Bidellium 1626. in 8. Vidimus eum in bibliotheca eminentissimi praesulis DE ROHAN. In dubitationem igitur ab iis eruditis non adducimur, quibus de existentia codicis illius impressi non liquet. De ratione Status libri VIII. autem, saepe recusi sunt, nempe ex Italorum lingua in Latinam versi, & notis atque indice illustrati a IO. GANNERS. Accesserunt in eos etiam IACOBI THOMASII *Tabellae Synopticae* Francofurti 1679. 8.

(*y*) HIERONYMI FRAGETTAE, siue FRACHETTAE, liber: *della Ragione di Stato*, germanice redditus Francofurti 1681. 8. locum hunc obtinet. Eodem auctore plura politica scripta adornata sunt, v. c. *Seminario di Governi di Stato & di Guerra* Venetiis 1613. & 1625. fol. *L'idea del libro de' Governi di Stato & di Guerra.* Venetiis 1592. 8.

(*yy*) FRIDERICI BONAVENTURAE laudes ad posteros transfudit ERYTHRAEUS *Pin.* I. 151.

hodie regulae istae generales ad definiendam status rationem parum valeant, (z) sed haec potius sit Status ratio, ex qua emolumenta capiunt summi Imperantes, siue ex regulis politicis haec sint petita, siue ex arcano quodam consilio. *Rationem* tamen *Status Germaniae* (zz) singulari scripto, Altdorfi

(z) Io. Christoph. Wagenseilii *Politica practica exhibens rationis Status & Statistarum moderatorum omnium rerumpublicarum naturam, ac qualitates* Altdorf. 1691. prodiit, & Cosmici liber *de Ratione Status* Cosmop. 1676. 12. Franc. Koehnii disp. de *Ratione Status* Bremae 1677. 4. exierunt. Alios vid. in *Bibliotheca iuridica Lipenio-Ienichiana* Part. IV. pag. 500.

(zz) Classis huius est Hippolytvs a Lapide de *ratione Status in Imperio Romano-Germanico*, Freistadt 1647. 12. sub quo nomine latitat Bogislavs Philippvs Chemnitivs, magni theologi nepos. Idem composuit librum s. t. *Senatus Deorum de praesentibus afflictissimae & periclitantis germaniae miseriis, & reducenda pace.* In peculiari programmate de hoc auctore differit praeclarae & reconditae doctrinae vir, Io. Samvel Müllervs Hamburgi 1739. 8. Conf. *Vnpassionirte Gedancken wider Hippolytum a Lapide* Bremae 1637. 4. Si vero plures hac de re adiicere vellemus scriptores, charta deficeret. Nomina tamen nonnulla adponamus. Vid. Schott de *singular. quibusdam & Antiqu. Germ. iure.* Lynckervs de *libert. Stat. Imper.* Stravchivs de *Controu. quibusdam illustr.* Brvnnemannvs in *Exam. iur. publ.* Limnaevs in *iure publico.* Mvler de *Princip. Imper.* Besoldvs in *Thesaur. Pract.* Zschackwiz in

dorfi 1667. 4. edito, expressit Io. WOLFGANGVS TEXTOR, atque in eo praeferendus longe est ARNOLDO MAVRITIO HOLTERMANNO de eadem materia, Marpurgi 1677. 4. De Galliae regno habemus *Traité de la politique de France, par Mr.* P. H. *à Cologne* 1699. 12. & *Le veritable état du gouvernement de la France, à Paris* 1656. 12. Exstat etiam *La Politique de la Maison d'Autriche par le Sgr. de* BONNAIRE, *à Paris* 1658. 12. (z)

§. XXIII.

Alii sunt, qui iura diuersorum regum atque rerumpublicarum adstruere conati fuerunt. THEODORVS GRASWINCKELIVS (a) quidem, *libertatem Venetam, seu Vene-*

Einleitung zum Iur. Publ. Tacemus COCCEIOS, MOSEROS, PFEFFINGEROS, SCHILTEROS, STRVVIOS, VITRIARIOS; eo magis, quum non tam politicae quam iuris regulas exposuerunt, de his enim in Bibliotheca iuridica agendi locus est.

(z) AD. RECHENBERGIVS de *Notitia Status reipublicae.* Lipsiae 1698. 4. commentatus quoque est, quem libellum nolumus laudibus suis defraudare.

(a) Iura principum primus omnium HENRI *Duc de* ROHAN luci exposuit publicae, cuius commentatio egregia *de l' Interest des Princes* plus semel recusa est, sed aliqua confusione laborat. Reperitur etiam in: *Memoires du Duc de Rohan sur les choses advenues en France depuis la mort de Henry le Grand, jusqu' à la paix faite avec les*

netorum, in se & suos imperantes iura, contra auctorem *Scrutinii libertatis Venetae* defendit, Lugduni Batauorum 1634. 4. Quum enim dictus auctor anonymus, de quo in *bibliotheca historica* pluribus diximus, Venetorum libertatem in dubium vocaret, eandem defendere conatur Graswinckelivs, licet ob veritatem historicam quoque notetur a Conringio. *De iustis praetensionibus Galliarum regis contra imperium Romano-Germanicum* egit Antonivs Avbery gallice, Parisiis 1667. 12. Contra quem tamen alius edidit *L' Advocat condamné, ou la France & l' Allemagne defendue par la refutation du traité d'Au-*

les Reformez au mois de Juin 1629. Edit. augmentée d' un quatrieme Livre, & de divers Discours Politiques du même auteur, &c. Parisiis 1646. Eiusdem tituli librum Gatien Covrtils de Sandras 1685. conscripsit, cuius licet iteratae etiam exstent editiones; cum Henrici de Rohan tamen opere comparari nequit. Quum vero perpetuis vicissitudinibus ciuitates subiectae sint, iura eorum etiam mutationes subeunt; hinc prodierunt scriptores, qui ad nostra vsque tempora ea inuestigarunt. Est in hoc censu Christophorvs Hermannvs Schwedervs in *Theatro praetensionum* & controuersiarum illustrium in Europa, edit. Lipsiae 1712. cuius vestigia pressit excellentissimus Adam Frid. Glafey in *Continuatione & amplissimis accessionibus* 1727. edit. f.

d' Aubery, 1669. 12. (*b*) Exſtant quoque HENRICI KIPPINGII *notae & animaduerſiones in axiomota politica gallica, quae* ANT. AVBERY *euulgauit de iuſtis praetenſionibus regis Galliae ſuper imperium & praerogatiua eiusdem; vbi exponuntur multa, plurima refelluntur, & iniuſtae accuſationes, quas adſertori Gallico flagrantiſſimum nominis Germani odium extorſit, diſcutiuntur*, Bremae 1688. 12. (*c*) Alius *Reginae*

(*b*) CHRISTIANVS MATTHIAS KNESEBECK, in *Prodromo iurispublici vniuerſalis* Rodopoli 1700. 4. idem ediſſerit argumentum; maxime autem in editione ſecunda inſcripta: *Diſcurſus de ſtudio iuris publici vniuerſalis & Praetenſionibus illuſtribus* Rodopoli 1705. 4. Prodiit etiam Anonymi liber: *Interets & Maximes des Princes & des Etats Souverains* Coloniae 1666. 12. nec non *Nouveaux Interets des Princes de l' Europe corrigés & augmentés par l' Auteur* Edit. II. Coloniae 1686. 12. *Traité des Interets des Princes & Souverains de l' Europe. Parties* II. *à Anvers* 1695. 12.

(*c*) Omnium Europae principum iura ſigillatim recenſentur etiam in *Science des perſonnes de Cour, d' Epeé & de Robe du Sieur* CHEVIGNI Tom. III. Cap. III. Artic. II. pag. 302. ſqq. edit. Amſtelodami 1729. 12. opera M. *de* LIMIERS, Iuris Doctore atque membro academiae ſcientiarum Bononienſis. Inprimis vero in libro: *Les Interéts des Puiſſances de l' Europe fondés ſur les Traitez conclus depuis la Paix d' Utrecht inclusivement, & ſur les preuves de prétentions particulieres, par* M. I. ROVSSET *membre de la Societé*

Reginae Christianissimae iura in Ducatum Brabantiae, atque alios principatus Hispaniae, probare adgressus fuit, 1667. 12. & qui sunt similes. *(d).*

§. XXIV.

cieté Royale des Sciences de Berlin &c. à la Haye II. Tom. 1733. 4. in quo controuersiae post pacem Vltraiectinam exortae dirimuntur.

(*d*) De Coryphaeo horum scriptorum, nec vestigium nec vola reperitur in auctoris nostri catalogo; salutamus vero ita, la Covr celeberrimum; (von den Hoof) in libro: *Consideratien van Staat*: de quo Leibnizivs in miscellaneis apud Ioachimvm Fridericvm Fellervm, *Je ne connois*, inquit, *aucun Ecrivain de nos jours, qui ait traité des interéts des Princes & des Republiques, solidement & avec pénétration, si vous en exceptez* la Covr: Addere etiam potuisset auctor, I. Th. Sprengeri *compendiosam deductionem illustrium quarundam in Europa gliscentium praetensionum*, edit. cum *bono Principe* eius, Francofurti 1655. 12. Ex MSto nuper vero Ioannis Henrici Boecleri *ineditae Praetensiones principum Europae* euulgatae sunt, atque insertae Wilhelmi Friderici Pistorii *Amoenitatibus Historico-Iuridicis* Part. II. Num. III. edit. Francofurti & Lipsiae 4. Eruuntur ibi Iura Romanorum pontificis in Arragoniam, Angliam, Hiberniam, Hungariam, Sardiniam. Hispanorum in Britanniam ac ducatum Burgundiae. Sabaudiae ducis in Cyprum, in ducatum Montesferrati & in Geneuam. Polonorum regis in Liuoniam & Sueciam. Sueciae regis olim in Bremam ciuitatem. Brunsuicen-

§. XXIV.

De *ciue Reipublicae* habemus Ansaldvm Cebam, italicè, Geneuae 1671. 8. & Christophori Besoldi discursus *de iure ordinibusque ciuium*, (*d*), Argentorati

suicensium ducum in Brunsuicum vrbem. Iura Gallorum regis in Sardiniam & regnum Hierosolymitanum, nec non in comitatum Ruscinonensem, Baleares aliasque terras. Accedunt lites perplures principum, v. c. Iuliaco-Cliuensis; Calenbergo Cellensis; Altenburgo Vinariensis; aliae. Add. *Discorsi di monsig.* Bonelli *Nuntio molto curiosi e Politichi intorno all' interessi di Roma, di Francia, e di Spagna.* Coloniae 1668. *La Politique desinteressé, sur les Affaires presentes de l' Europe* Coloniae 1671. 12. *Interest de l' Allemagne.* Coloniae 1668. 12. *Le Salut d' Europe, consideréé dans un Etat de Crise.* Coloniae 1694. 12.

(*d*) Praeter indicata in superioribus Politica scripta, Besoldus etiam posteris tradidit; Dissertationem: de Maiestate in genere eiusque iuribus specialibus. Accessit tractatus de Reipublicae statu mixto Argentorati 1642. 4. Discursus Politicos, de Monarchia, Aristocratia, Democratia, Reipublicae statu subalterno & Reipublicae formarum inter se comparatione, eodem anno excus. Dissertationes de iure rerum, familiarum, collegiorum, academiarum, aliarumque vniuersitatum ac territoriorum. An. 1641. De incrementis imperiorum eorumque amplitudine procuranda Dissertationes 1640. excusas. Discursus

ti 1641. 4. *Ciuem Christianum* descripsit Io. Valentinvs Andreae sub titulo: *Peregrini quondam errantis Restitutiones*, Argentorati 1619. 12. Thomae Hobbesii *elementa philosophica de ciue*, id est, de vita ciuili & politica prudenter instituenda, quae Amstelodami 1669. 12. edita, satis sunt nota. (*e*) Confer, quae Capite III. §. VIII. dicentur. Elegantissimus est Samvelis Pvfendorfii *de officio hominis & ciuis* tractatus, *Lond. Scanorum* 1673. 8. in quo nonsolum officia hominis moralia, sed etiam in statu ciuili viuentis describit. (*f*) Nemo prae-

cursus Politicos de informatione & coactione subditorum 1647. De aerario publico 1639. Vitae & mortis considerationem Politicam. 1641. Spicilegia Politico - Iuridica de Legatis, sessionis praecedentia, pacis iure & arcanis rerumpublicarum 1641. De foederum iure, de patrocinio & clientela, ac de neutralitate 1641. de arte iureque belli 1642. In forma quadruplicata, vti reliqua scripta omnia, impressa.

(*e*) An. 1642. in 4. prima editio impensis auctoris prostabat. An. 1647. autem recognita repurgata atque aucta Amstelodami iuris publici fiebat. Mr. de Sorbiere eam gallice reddidit s. t. *Elemens Philosophiques du Citoyen. Traité de Politique, ou les fondemens de la Societé civile découvertes par Thomas Hobbes, & traduits en François par un de ses Amis. Amsterdam* 1649. in 8.

(*f*) Legendo percurre Hermanni Conringii disput. *de Ciue & ciuitate in genere considerata*, Helmstadii 1653.

praestantissimum hunc libellum, omnium versari manibus, ignorat, quod variis illius editionibus saepius hinc inde locorum repetitis effectum est. (*g*) Merito itaque ab illis adlegandis abstinemus, monemus saltim, *gallicam* ipsius *versionem* a IO. BARBEYRACIO adornatam, (*h*) Amstelodami 1718. II. Tom. 8. prodiisse, IMMANVELEM vero WEBERVM versionem germanicam, titulo: *Einleitung zur Sitten- vnd Staats-Lehre,* Lipsiae 1691. 12. vulgasse. (*i*) *Anglica* versio iam plus simplici vice typis exscripta Londini prodiit. De praecipuis libelli huius *Commentatoribus* (*k*), IMMANVELE WEBERO, IOAN-

(*g*) Vltraiectina editio 1713. publicata, inter correctissimas numeratur.

(*h*) Quinta Barbeyracii editio, Amstelodami 1735. 8. II. Vol. excusa est, accessere duae dissertationes altera de permissione, altera de beneficio legum, nec non Leibnizii de hoc libro iudicium, cum animaduersionibus auctoris.

(*i*) Apprime peritus harum rerum auctor anonymus, qui scripsit: *Tablette de l' homme du monde où analyse des septs qualitez essentielles a former le beaux charactere d' homme du monde accompli. Cosmopoly chez Auguste le catholique à l' enseigne de l' orthodoxie.* 1715. 12. conferatur. Vid. *Journal Litteraire* Tom. VI. pag. 174.

(*k*) Quibus addimus IOANNIS RVDOLPHI A WALDKIRCHE *annotata atque exempla illustrantia in Puffendorffii libros* II. *de officio hominis & ciuis,* Basileae

Ioanne Barbeyracio, (l) Immanvele Proeleo, Gottlieb Gerardo Titio, Andrea Adamo Hochstettero, (ll) Dieterico Hermanno Kemmerichio, & Gottlieb Samvele Trèvero, (m) inſpiciendus eſt Stol-
livs

Baſileae 1711. & prae ceteris illuſtris Everardi Ottonis editionem atque *obſeruationes in Puffendorffium de officio hominis & ciuis*, ſecundum legem naturalem, libros duos, Trai. ad Rhenum 1728. 8. impreſſas, in quibus vtilitas Iuris naturae in ſtudio Iuris Ciuilis, & huius in illo abuſus oſtenditur.

(l) Pvffendorffii *de officiis hominis & ciuis, prout praeſcribuntur lege naturali, libri* II. cum notis conſultiſſimi ac celeberrimi Io. Barbeyracii, nec non eiusdem *animaduerſionibus in epiſtolam cenſoriam anonymi*, quaedam auctoris principia illuſtrantibus, vtrisque ex gallico in latinum ſermonem verſis a Seb. Masson, in Acad. Gieſſenſi Iur. Nat. P. P. O. editio altera, priore emendatior, prodiit Gieſſae 1731.

(ll) Exſtat Hochstetteri *collegium Pufendorfianum*, ſuper libris duobus de officio hominis & ciuis. Anno MDCC. in academia Tubingenſi XII. exercitationibus inſtitutum; ibidemque 17 . 4. impreſſum. Summam eius reperis in *Bücher-Saal* Tom. II. pag. 331. ſqq.

(m) Illuſtris noſtri Treveri editionem vid. deſcriptam in *Actis Eruditorum Teutonicis* Part. CXXIII. Art. V. pag. 222.

LIVS *hist. erudit.* Tom. III. Cap. II. §. XVII--XXIII. pag. 641.644. (n)

§. XXV.

Alia sunt iura & mores aulicorum, consiliariorum, atque legatorum. *Aulicum* describere tentauit CAROLVS SCRIBANIVS in *Politico Christiano*, Osnabrugae 1625. 8. *Aulicus politicus diuersis regulis instructus*, Hanouiae 1569. 12. & cum *institutionibus aulicis* EVSEBII MEISNERI, Wratislauiae 1672. 12. *Traité de la Cour, ou instruction des Courtisans, à Paris* 1622. 8. exiit, quem librum in germanicum idioma transtulit GEORGIVS PHILIPPVS HARSDOERFFERVS sub titulo: *der kluge Hoffmann*, Francofurti 1655. 8. DVRI *de* PASCOLO *aulicus politicus*, auctus per EBERHARDVM DE WEIHE, Fran-

(n) *The Polite Philosopher. Or, an Essay on that Art, which makes a man happy in himself, and agreable to others* edit. Edenburgi 1734. 8. auctore *Mr.* FORRESTER, adiici potest. Non enim prudentiae, sed vniuersalis iustitiae axiomata edisseruntur ab eo, Aristippum exprimenti, de quo HORATII illud:

Omnis Aristippum decuit Color & Status & Res.

Conf. *Bibliotheque Britannique* Tom. V. Art. XII. pag. 206. sqq.

Francofurti 1615. 4. prodiit, & qui sunt scriptores similes, (o) quos ex parte iam superiori capite adduximus, inter quos praecipuus est GRACIANI *l' homme de Cour.* (p) Spectat huc praeterea IVSTVS REIFENBERGERVS, qui *de monitis, exemplis, consiliis politicis pro veteranis ab aula, ad Liuium* disseruit, Francofurti, 1619. 8. Commendari meretur *Le Secret des Cours*, id est *arcana aulica*, siue *diarium* FRANCISCI WALSINGHAMI, reginae Elisabethae quondam Secretarii Status, cum

(o) Omnino reuoca ad animum dicta in libro: *Le Conseiller d' Etat, ou Recueil des plus generales considerations servant au maniement des Affaires publiques.* Parisiis 1641. 12. Marchionis denique D'ARGENS *Lettres Morales & Critiques sur les differens Etats, & les diverses Occupations des Hommes* propinant varia, digna scitu hac de re, edit. Amstelodami 1737. 8.

(p) *El Discreto de Lorenço Gracian* de meliori hic commendandus est. *P. de* COVRBEVILLE hunc librum ex Hispanico fonte transtulit in Gallorum linguam, s. t. *L' homme Universel, de* BALTAZAR GRACIAN. editio secunda Roterodami 1729. 12. prodiit. A litterali inscriptionis significatu recessit quidem interpres, vim tamen vocum adsequutus est internam, id quod ex ipsa tractatione elici facile potest. Cuiusuis ordinis & status hominum actiones, secundum prudentiae praescripta instituendae, singulari in ea edisseruntur industria, nec minori, qua vti constat, mirifice polluit Gracianus, peritia.

cum notis elegantiſſimis ROBERTI NAVTONII editum Coloniae 1695. 12. Praecepta exemplis ex TACITO potiſſimum depromtis illuſtrantur. (q) Ex HARTMANNI SCHOPPERI *Speculo vitae aulicae* quaedam etiam poſſunt peti. Exſtat praeterea *Satiricon gnomico-politicum in minorum gentium aulicos, ſeu* QVINETI FABII CVRIONIS *Apocolocynthoſis ad fidem L. Annaei Senecae*, quam idem IVSTVS REIFFENBERGERVS recenſuit Francofurti 1619. 8. Binos adhuc addimus ſcriptores, prae ceteris aeſtimandos. (r) Alter eſt DANIEL ERE-

(q) Anglis maximi aeſtumatus eſt liber, dictus: *The Gentleman inſtructed*, quem ROLLIN, in Gallorum idioma translatum ſ. t. edidit: *Devoirs de Perſonnes de Qualité*, Pariſiis 1728. II. Tom. in 12. Peruoluta etiam *Promenades d'Ariſte & de Sophie, ou inſtructions galantes & ſerieuſes pour une jeune Demoiſelle, qui veut entrer dans le Monde*, Amſtelodami 1730. 12.

(r) Multi non ponunt de manibus: *Le Miniſtre d'Eſtat avec le veritable uſage de la Politique moderne par le Sieur* DE SILHON *I. & II. Partie à Leyde* 1643. 12. Amſtelodami 1664. III. Vol. 12. alibique ſaepius recuſ. Praeſulem eminentiſſimum *de Richelieu* in iſto libro adumbrari, opinantur haud pauci, ſed *Mazarini* potius deſcribuntur res geſtae, ab huius enim auctor fuit epiſtolis. Interim tamen candide ibi exponuntur Mazarini vitia.

Eremita, Antwerpianus, qui *aulicae vitae ac ciuilis libros* IV. (s) ſcripſit, qui cum aliis eiusdem opuſculis & praefatione *Ioannis Georgii Graeuii* exſtant Vltraiecti 1701. (t) 8. Hic enim in Belgio licet natus, in aula tamen Magni Florentiae Ducis vixit, atque variis interfuit legationibus. (u) Hoc autem tractatu elegantiſſimo docet, qua ratione principis gratiam demereri, atque officia ſua tum erga Principem, tum erga priuatos exercere deceat; pleraque exemplis illuſtrantur, atque iuſta ſermonis venuſtate

(s) In prioribus duobus libris Daniel Eremita, prudentiae officia principi, libro tertio autem priuatis praeſtanda officia politica enumerat; quarto denique media ſubiungit non pauca, quibus ad felicitatem adſpirare licet. Ceteri vero ſcriptores huic non concedunt elaborationi, quoniam non tam rerum, quam cultioris ſermonis, habuit rationem Eremita.

(t) Sed non omnia opera eius Vltraiecti prodiere. Carmina in T. II. *Deliciar. Belg.* pag. 1134. leguntur.

(u) Conf. Scaliger in *Epiſt.* 97. & Casavbonvs in *Epiſtolis* paſſim; huius etiam exſtant litterae hortatoriae, quum religionis profeſſionem desereret Eremita, conſcriptae. Lege Isaaci Casavboni Epiſtolas curante Theodoro Ianson ab Almeloveen Roterodami in fol. 1709. editas, inſertis ad easdem reſponſionibus quotquot hactenus reperiri potuerunt, pag. 177. ſqq. edit. tertiae.

nustate explicantur. Commendant alii (v) IOANNIS CASIMIRI KOLBII *von* WARTENBERG *vaeterliche Instruction an seine Kinder*, Coloniae ad Spreuum (w) 1696. 4. quae multum in se habet monitorum necessariorum ad filios, ad veram pietatem, humilitatem atque obedientiam, Deo & superioribus praestandam, illos adhortans. Sed monita sunt generalia, nobili seruanda, in omni potius vitae genere, quam in aula. Confer omnino STOLLIVM l. c. Tom. III. Cap. V. §. LXVIII. pag. 732. *Consiliarium* principum alii describunt. (x) Antiquiores, qui illud egerunt, sunt ADAMVS

(v) Voluptatem nobis attulit LVDOVICI VIVIS de *Consultatione* liber, qui cum reliquis operibus eius Basileae 1555. II. Vol. f. typis descriptus est; inprimis vero *La Fortune des gens de Qualité, & des Gentils-hommes particuliers. Par* M. de CAILLIERE Parisiis 1665. 12.

(w) Generosissimi DE BESSER praefatio, quae in operibus 3. edit. pag. 109. legitur, accessit. Conf. etiam RVDIGERI *Klugheit zu leben vnd zu herrschen* pag. 528.

(x) Delectantur quidam in lectione HERMANNI CONRINGII disput. *de boni consiliarii in republica munere*, edit. Helmstadii 1652. 4. CYRIACI HERDESIANI *de ortu & occasu aulicorum* tract. ed. Francofurti ad Moenum 1645. 4. SCHICKARDI d sp. *de aula regis* ed. Argentorati 1615. ABRAHAMI MARCONET *aulic. inculpat.* Halae 1684. 12. impress.

mvs Kellervs *de officiis iuridico-politicis*, Conſtantiae 1597. 4. Hippolytvs a Lapide in *homine politico*, ſ. *Conſiliario & Officiario aulico hodierno*, Amſtelodami 1665. 4. Hippolytvs a Collibvs (y) in *Palatino*, ſ. *Aulico*, qui cum notis Martini Navrathi prodiit Francofurti 1670. 8. (z) vel, qui *conſiliarium ex Tacito* format, Adamvs Samvel Freystein, Francofurti 1653. 12. Sed parum hi, ob regulas generales & ſtatui noſtro haud accommodatas, proficient. Iaroslavs de Smirtiz quoque *de Conſiliario* ſcripſit. Salubria multa vero ſuppeditant Gvilielmi Ignatii Schvzii *reflexiones politico-conſultatoriae*, Francof. 1661. 8. lingua germanica editae. Maiora tamen atque magis vtilia praeſtiterunt, qui per certa exempla futurum *Conſiliarium* inſtruunt. (a) Egit illud Georgivs Acacivs

(y) Idem a Collibvs de *incrementis vrbium*, *ſiue de cauſſa magnitudinis vrbium* diſſeruit, Hanouerae 1600. 8.

(z) Prodiit etiam vna cum *Principe Palatino*, *ſiue Aulico* Hanouerae 1598. & 1615. 8.

(a) Notiſſimus liber, *Reineckeſuchs* dictus, frugis plena huc ſpectantia complectitur. Fridericvs Avgvstvs Hackemannvs ſ. t. *Reinecke de Vos mit dem Koker. Wolffenbüttel* 1711. 4. illum recudi curauit. De auctore eius vid. Morhoff in

CIVS ENENCKEL *in Seiano* ſuo, qui Argentorati 1602. 12. prodiit, vbi ſub perſona atque hiſtoria *Seiani*, praepotentis ſub *Tiberio* miniſtri, artes politicas & fatum Cardinalis *Cleſelii*, ſub *Matthia* & *Ferdinando* Imperatoribus deſcribit. Simile quid egit PETRVS MATTHAEI in *Miniſtro Status*, quem ex Gallico in latinum ſermonem transtulit IOACHIMVS PASTORIVS, Ienae 1664. 8. in quo *Nicolai Neoulli*, magni apud Gallos Miniſtri, artes (*b*) deſcribit. *Miniſterium Cardinalis Mazarini* cum obſeruationibus politicis prodiit Francofurti 1652. 8. Sic

in *Vnterricht von der Teutſchen Sprache* pag. 373. PLACCIVS de *anonymis & pſeudon.* pag. 477. REIMANNVS *Hiſt. Litter.* Vol. IV. pag. 66. ſqq. Forenſia negotia ipſa haud paucula, in eo illuſtrari, aliunde haud explicanda, a IO. GOTTLIEB HEINECCIO, at quanto viro! condocemur, in praefatione, Tomo II. *Elementorum Iuris Germanici tum veteris tum hodierni*, praemiſſa Halae 1737. 8. mai. Politicae hanc partem GEORGIVS ROLLENHAGEN, Magdeburgenſium Rector, magna etiam ex parte expediuit in *Batrachomyomachia* ſeu *dem Froſchmäuſeler* edit. Magdeburgi 1596. 8. ſed non vbique fictionibus auctoritatem adiunxit veriſimilitudine, ad animos exhilarandos compoſita.

(*b*) Interpretationi Paſtorii haud vltima lima adhibita eſt, prelo etiam eam non ſubiecit auctor; ſed tamen inuito atque inſcio eo communicata eſt cum publico. Vid. *Memoires de Litterature* Tom. II. P. II. Art. VIII. pag. 163.

8. Sic etiam *Ministerium Cardinalis Richelii & Mazarini* (c) comparatum exstat cum obseruationibus politicis, Francofurti 1652. 8. & *Breuiarium politicum iuxta rubricas Mazarini*, Coloniae 1691. 12. Gallice quoque prodiit *Testamentum* Colberti, (cc) postea

(c) Perspicacissimus Richelius, tam belli quam pacis temporibus, exercendae prudentiae principum regulas stilo signauit. Quem sibi imitandum proposuit Mazarinus sagacissimus, opere simili quod *testamentum* adpellitatur, composito. Euoluatur *Diarii Europaei Continuatio* V. pag. 510. seqq. quo ipso in Diario perplura acta publica congesta sunt, ab anno 1657. publicata quolibet semestri, post longioribus spatiis continuata. Ideam politicae Mazarini, argutus Labbevs in Elogiis illustribus Gratianopoli 1664. exhibuit; insertamque illam esse *Inscriptionibus* Christiani Weisii Lib. I. Cap. IV. §. XI. N. VI. pag. 317. Arnoldvs obseruauit c. l. pag. 317.

(cc) *Testament Politique de* Iean Bapt. Colbert *Ministre & Secretaire d'Etat; où l'on voit tout ce qui s'est passé sous le Regne de Louis le Grand, jusqu'en l'année* 1684. *Avec des Remarques sur le Gouvernement du Royaume* exiit Hagae Comitum 1693. 12. Eandem inscriptionem fere suam fecit Anonymus, edito libro: *Testamento Politico di un Accademico Fiorentino, in cui con nuovi e ben fondati principj si fanno varj e diversi progetti per istabilire un ben regolato commercio nello stato della Chiesa, e per aumentare notabilmente le rendite della Camera; con molte altre necessarj avvertimenti, ed essenziali ricordi, che in esso si lasciano pel buon governo del medesimo. Colonia* 1739.

ſtea germanice verſum. Licet in hiſce ſcriptis quoque hiſtoria & Status politicus regni Gallicani fuerint intermixta. *Cardinalis* XIMENES, praecipui apud Hiſpanos miniſtri *hiſtoria*, anglice extat Londini 1669. 8. Certe, ex hiſce multa haurient, quae vel proſequantur, vel vitent, qui a miniſterio ſunt principum, ſi modo ſemper cum iudicio fuerint adplicata. Quae autem principes obſeruare debeant in ſeligendis miniſtris, magno acumine docuit in *ſymbolis* ſuis (*d*) DIDACUS SAAVEDRA. (*e*) Sunt autem inter hoſce, qui de ſtatu & caſu miniſtrorum in republica eminentium ſingulatim egerunt. (*f*) Exſtat quidem WIL-

1739. 4. Conf. de eo LVI. Num. *der Göttingiſchen Zeitungen von gelehrten Sachen* pag. 475. An. MDCCXL.

(*d*) Titulus eſt: *Idea Principis Chriſtiano-Politici* CI. *ſymbolis expreſſa* ed. Coloniae 1649. 12. ibidem 1680. Translata autem Ienae 1700. 12. Symbolorum quidem & emblematum vſus multis lectoribus non cordi eſt, nouitas tamen, & dictionis cultus Saauedrae, aliis grata accidit.

(*e*) Pertracta Auctoris noſtri *Bibliothecam Iuridicam Selectam* Cap. XII. §. VI. pag. 423.

(*f*) Exempla haud pauca in partes ſuas traxit Io. GEORG. ROESER in Diſſert. *de amicis principum* edit. Stetini 1691. 4. M. CHRISTIANVS NATHVSIVS in Quaeſtione Politica: *An expediat regi eligere miniſtriſſimum?* eruditorum ευ-

ζη-

Wilhelmi Schroeteri dissertatio *de Ministrissimo*, in hac Academia primum habita, post vero Magdeburgi recusa 1673. 8. Adde Ioannis Christiani Schmidii diss. *de Ministrissimis*, Ienae 1712. sub praesidio nostro habitam, vbi Sect. I. plures laudantur, qui de Ministris scripserunt. Gallico idiomate habemus *Histoire des Ministres d'état, à Paris* 1669. 12. II. Vol. (g) Cui tamen praeferenda adhuc est *Histoire des plus illustres Favoris, anciens & modernes, recueillie par feu Mons.* P. D. P. *à Leyden* 1662. 12. vbi singulorum historia & praecipua fata describuntur. *De casibus Ministrorum in republica eminentium* singularis exstat dissertatio Adami Re-*ζήτησει* Lipsiae exposita 1686. 4. Iungatur Martini Hassen moralium & ciuilium Prof. Publ. Exercitatio academica, *qua perfectum consiliarii regii exemplum in Iosepho summo Pharaonis administro*, exposuit Vitembergae 1725. 4.

(g) In memoriis rerum forsan nihil illustrius hac in re est, quam Avtevillii opus; en titulum: *Histoire des Ministres d'Etat, qui ont servi sous les Roys de France de la troisieme ligneé, avec le sommaire des Regnes ausquels ils ont vescu* Parisiis 1642. fol. Testimoniis coaeuis, iisque ex publicis regni tabulis desumtis, ibi omnia comprobantur. Nec de Galliae regis administris solum plenissime est commentatus auctor, verum de pluribus exterorum regnorum arbitris etiam iniecit mentionem. Accesserunt denique icones regiorum amicorum.

RECHENBERGII, Lipſiae 1678. 8. (g) Alias habentur *effets pernicieux des mechans Favoris & grands Miniſtres d'éſtat, à la Haye* 1653. 8. Angliae vero praecipui miniſtri eleganter deſcribuntur in libro: *Seiani Angliae a Reformationis tempore, eorundem prudentia, ſucceſſus, errores, incrementa, lapſus ſub regibus Henrico* VIII. *Eduardo* VI. *Regina Maria & Eliſabetha, Rege Iacobo & Carolo* I. *Angliae*, Londini 1670. 8. (h) Sic etiam prodiit *Favoriten-Spiegel*, ſ. *Ruhm vnd Fall des Conte Duca d'Oliuarez*, Francofurti 1656. 12. His adnectimus etiam, qui *de legatis* atque legationibus egerunt. (i) Huc pertinet inprimis GREGORII LETI *Caerimoniale politicum* VI. Vo-

(g) Te confer ad SEV. CHRIST. OLPII Diſſert. acad. III. de Miniſtriſſimo Ienae 1667. & Io. IOACHIMI SCHOEPFERI Diſp. de *culpa lata Miniſtri ſtatus* Roſtoch. 1709. 4. conſcriptas; nec non ad *Bibliothecam Iuridicam Lipenio-Ienichianam* pag. 374. ſub voce *Miniſter*.

(h) ANT. MAR. GRATIANI liber de *Caſibus virorum illuſtrium opera ac ſtudio* D. FLECHERII Pariſiis 1680. 4. edit. cumprimis legatur.

(i) Luſtra HERMANNI CONRINGII Diſput. *de legatione* Reſp. GE. CONR. REICK, Helmſtad 1668. habitam, & eiusdem diſſ. de *Legatis*, defenſam ab HARO ANTONIO BOLMEIER, Helmſtadii 1660. nec non *Le Miniſtre public dans les Cours étrangeres, ſes fonctions & ſes prerogatives, par le Sr.* DE SARRAZ DV FRANQVESNAY, Amſtelodami 1731. 12.

Voluminibus comprehensum, editumque Amstelodami 1685. 12. in vsum legatorum, (*k*), qui iucunda varietate in legendo tenentur; nec non. Francisci Walsinghami (*l*) *memoires & instructions pour les Ambassadeurs*, de quibus excellentissimus vir Ioannes Bvrcardvs Menckenivs in diss. *de Commentariis historicis*, *Memoires a Gallis dictis*, Lipsiae 1708. pag. 47. legendus est. De *legationibus* habemus etiam libros IV. Conradi Brvni, Moguntiae 1548. f.

(*k*) De infinitae lectionis viro Gregorio Leti, scriptisque eius, quorum in laudes heic abire non decet, vid. Niceron in *Memoires pour servir à l'Histoire des Hommes Illustres* Tom. II. pag. 361. & Tom. X. pag. 100. seqq.

(*l*) Varietas argumenti in hoc libro obuia, integrum adscribere titulum iubet; Anglice quidem prodiit, sed Gallice versus inscriptusque: *Memoires & Instructions pour les Ambassadeurs, ou Lettres & negociations de Walsingham, Ministre & Secretaire d'Etat, sous Elisabeth Reine d'Angleterre. Avec les Maximes politiques de ce Ministre, & des Remarques sur la vie des principaux Ministres & Favoris de cette Princesse.* Amstelodami 1700. 4. interprete Lovis Bovlesteis de la Contie; qui etiam Walsinghami librum cui index est: *Les secrets des Cours* 1695. Coloniae impressum recudi curauit, de quo vid. *Acta Erudit. Lips.* An. 1695. & *Monatblicher Auszug aus allerhand neu herausgegebenen nützlichen vnd artigen Büchern* Mens. Iul. An. 1700. pag. 351 seqq.

f. FRANCISCVM LE VAYER *de Legato*, seu *de legatione legatorumque priuilegiis, officio & iuribus*, Parisiis 1580. 4. & cum aliis Hanouiae 1596. 4. OCTAVIVM MAGIVM *(m)* *de legationibus & legatis*, Venetiis 1567. 8. IOANNEM A CHOCKIER, Colon. 1624. 4. HERMANNVM KIRCHNERVM, Marburgi 1613. 4. CAROLVM BASHALEN, Parisiis 1613. 4. Caeteris vero sunt praeferendi ALBERICVS GENTILIS, *(n)* cuius tractatus *de legationibus*, Londini 1585. 4. breuis est, sed elegans. (*o*) Sic etiam non contemnendus est FRIDERICVS DE MARSELAER *de*

(*m*) OCTAVIO MAGIO limatius nihil est, si dictionis puritatem & elegantiam respicis; pragmatico autem iudicio, & rerum copia vsu comprobatarum, destituitur.

(*n*) Idem ALBERICVS GENTILIS, tres libros de *iure belli* composuit 1608. quibus GROTIVS potissimum vsus fuit; licet enim ordo haud in iis appareat, cui longo tempore assuescitur; attamen praeclare ab eo dicta, ad explicationem iuris gentium profuerunt. *Aduocationis Hispanicae libri duo* eodem auctore prodierunt; in quibus autem Hispanorum causam, animi motibus agitatus, propugnauit.

(*o*) Tuetur se IOANNIS VILLERII de *Officio ac dignitate Legati* liber, vtilitate, ne negligatur; licet auctor inter plagiarios referatur; editus cum Hottomannorum operibus Parisiis 1616. 8. iam antea prelo saepius subiectus, notisque a CAIAZONIO illustratus; Parisiensis editio 1604. 8. publicata Gallice, praestat.

de legato, Antwerpiae 1624. 4. Omnium tamen instar esse potest ABRAHAMI DE WICQVEFORT *L'Ambassadeur & de ses fonctions*, (p) *à la Haye* 1680. 4. quem postea in germanicum idioma transtulit IOANNES LEONHARDVS SAVTERVS, Lipsiae 1682. 4. qui officia, iura & statum Legati ex Iure ciuili & publico, secundum consuetudines etiam in aulis receptas, egregie describit. De hoc *Wicquefortio* consulendus est THOMASIVS, (q) in *Iurisprudentia iudi-*

(p) A WICQVEFORTIO non amplissimum opus solum, quod auctor adscripsit, proditum est posteris, sed etiam aliud, dictum: *Memoires touchant les Ambassadeurs :* in quibus exemplorum insignem multitudinem exponit; nomine suo occultato sub litteris L. M. P. quas aduersarius eius ita interpretatus est: *Le Ministre Prisonnier*, (constat enim carceri fuisse Wicquefortium mancipatum.) Expendit autem in hoc: an legatus principis exteri apud principem patriae suae, iurisdictioni patriae sit exemptus? cuius quaestionis affirmantem sententiam, exemplis compluribus confirmare adnititur; variasque alias de legationis iure definit doctrinas. Praecipue etiam ostendit, opiniones praeposteras esse, quas fouet anonymus, in libro: *Traité curieux de l'enlevement du Prince de Furstenberg*; licet non quod ei, idem nobis vbique placeat. Repete hanc in rem proposita in *Obseruationibus Selectis ad rem litterariam spectantibus* Tom. II. Obs. XVII. pag. 403 seqq.

(q) Wicquefortios duos fuisse, liquet; meminerunt eorum

iudiciali Cap. III. pag. 33. nec non in *Colloquiis menstruis* anno 1688. pag. 206. vbi etiam GOCKELIVS *de maiestatico legatorum iure* censetur. (*r*)

§. XXVI.

Ad militarem statum, quantum est politicae considerationis, (*s*) facit BERNARDINI ROCCA *discorsi de guerra, in Vinetia* 1582. 4. BALTHASAR AYALA *de iure, officiis bellicis ac disciplina militari*, Antwerpiae 1597. 8. LAZARI VON SCHWENDI *Kriegs-Discours von Bestellung eines gantzen Kriegs-Wesen*, Francofurti 1605. 8. &, quod praecipuum, GABRIELIS NAVDAEI *syntagma de studio militari*, [*t*] Romae 1649. 4. in hoc enim ple-

rum SALMASIVS, & *Sorberiana* pag. 224. nec non FELLERVS in *monimentis variis ineditis Trimestr.* VII. pag. 433.

(*r*) De Legatis vid. infra §. vltimus capitis III. Cumprimis vero longe princeps scriptor, M. DE CALLIERES *de la maniere de negocier avec les Souverains; de l'utilité des Negociations, du choix des Ambassadeurs & des Envoyez, & des qualitez necessaires pour réüssir dans ces emplois.* Amstelodami 1716. 12. qui liber magno apud omnes in honore est, diligenterque euoluitur.

(*s*) Consule HERMANNI CONRINGII disputationes: *de bello & pace*, Helmstadii 1663. *de militia lecta, mercenaria & socia*, ibid. 1663. *de iure belli*, ibidem 1669. edit.

(*t*) Ad Ludouicum ex comitibus *Guidiis à Balneo* scriptum est, prodiitque Romae 1637. 4.

pleraque, quae ad statum rei militaris faciunt, ex antiquioribus aeque ac recentioribus scriptoribus congessit, & multis exemplis illustrauit. Ex hoc syntagmate *bibliographiam* tantum *militarem* celeberrimus vir, praeceptor olim venerandus, Georgius Schvbartvs edi curauit Ienae 1683. 12. (*u*) ex qua plura hauriri possunt *de scripto-*

(*u*) Recusus notisque illustratus hic liber, a Thoma Crenio insertus est Parti III. Collectionis *methodorum de studiis instituendis*, Lugduni Bat. 1699. 4. Huc facientes auctores multos suppleuit Io. Albertvs Fabricivs *Bibliographiae Antiquariae* Cap. XVII. §. II. pag 546. sequ. quibus plures iungi possent; e. g. *de bellis Ebraeorum* Wagenseilii *Sota*, pag. 830. seqq. De *Centurionibus* Goetzivs in *Melet.* pag. 53. seqq. De *scutis & clypeis Ebraeorum* M. Ioannis Christoph. Ortlobii dissertatio, Lipsiae 1718. habita. De *instrumentis militiae Romanorum* vid. etiam bene multa in Dodwelli dissertatione *de Parma equestri Woodwardiana* (conf. Acta Erudit. A. 1715. Mense Ianuar.) De *legionibus Romanorum* lege Boeclervm Tom. I. Opp. De *vexillis & vexilliferis* Weinorchii disp. D. Nettelbladt in Disput. *de militari veste*, Gryphiswald. 1718. & quis omnes potest enarrare? Consule penitus *Syntagma historico-philologicum de re militari veterum, praecipue Romanorum*, ex optimis scriptoribus, tam Graecis quam Latinis, mandato clementissimo serenissimi Principis ac Domini, Ernesti Augusti, Ducis Saxo-Vinariensis, in vsum scholae Vinariensis collectum, adcurante Io. Christo-

 pho-

ptoribus rei militaris. Vitam viri huius celeberrimi elegantissime descripsit GEORGIVS NICOLAVS KRIEGKIVS in *orat. funebri* Ienae 1710. 4. habita; & nuper demum breuem de vita *Schubarti* narrationem nouae editioni differt. Schubartianae *de ludis equestribus*, Halae 1725. 4. vulgatae praemisit DANIEL EVERHARDVS DOLPIVS. Spectat huc etiam LEONHARDI FRONSPERGERI *Krieges-Ordnung vnd Regiment, samt derselben Befehl, Staat vnd Aemtern zu Ross vnd zu Fuss, auch an Geschütz vnd Munition, in Zügen zu Felde, vor oder in Besatzung, gegen oder vor dem Feind zu gebrauchen.* Francofurti 1614. fol. (v) *De claris veteris rei militaris scri-*

PHORO KIESEWETTERO, scholae eiusdem Rectore, Erfurti 1736. 8. quod Dictionarii instar est compositum.

(v) Adsidue lectitatur: *Spanisches Krieges-Reglement* &c. ex idiomate Hispanico in vernaculam nostram ranslatus est hic liber, serenissimi Borussorum regis iussu, opera OTTONIS VON GRABEN ZVM STEIN, Vice-Praesidis Regiae Societatis Scientiarum Berolinensis, Berolini 1736. 8. In hunc censum veniunt etiam *Memoires sur la guerre*, illustris viri *Marquis de* FEVQVIERES; & *Reflexions sur le prem. & deux. tomes des Commentaires de* POLYBE, *faits par* M. FOLARD, *& sur son Livre de la nouvelle decouverte, avec des Reflexions militaires & historiques*, *Parisiis* 1728. in 12. Confer. etiam *Lettres serieuses & badines sur*

scriptoribus egregie egit vir citra coutrouersiam doctissimus ERNESTVS SALOMO CYPRIANVS in *Programmatibus selectis*, pag. 21. seqq. Conferri etiam potest *bibliotheca historica*, Cap. XXXI. §. XXVI. MONTECVCVLI *regulae bellicae* magni aestimantur, (w) de quibus celeb. MENCKENII schediasma *de commentariis historicis*, pag. 53. legendum est. Pertinent huc etiam, qui *de strategematibus* egerunt, quod ex antiquis egit SEXTVS IVLIVS FRONTINVS, qui Graecorum Romanorumque exempla varia adducit. Prodiit cum notis *Roberti Keuchenii*, Am-

sur les Ouvrages de Sçavans, & sur d'autres matieres, Volumine IV. Part. II. Num. XXVI. edit. HagaeComit. 1731. Vt & editio POLYBII, quam VINCENTIO THVILLIER, Ordinis S. Benedicti, monacho clarissimo, debemus, de qua vid. *Journal des Sçavans Mai* 1728. pag. 32. seq. Prodiit quoque *Entwurf einer Soldaten-Bibliothec, nebst der gantzen alten Römischen, Teutschen, wie auch neuen Krieges-Verfassung*, auctore IOANNE TOBIA WAGNERO, Lipsiae 1724. 8. *Vorbereitung eines angehenden Soldaten, oder Nachricht von Krieges-vnd Soldaten-Wesen, iungen angehenden Kriegesleuten vnd Cadets zum Vnterricht ans Licht gestellet, par un Ami de ses Amis*, Guelpherbyti 1733. 8.

(w) Sinu etiam fouentur: *Réflexions Militaires & Politiques traduites de M. le Marquis de* SANTA-CRVZ DE MARZENADO Parisiis edit 1735. in 12. II. Tom. Interpres Gallus est *Mr.* VERGY:

Amſtelodami 1661. 8. (*w*) Sic etiam exſtant POLYAENI *ſtratagematum libri* VIII. cum notis & emendationibus ISAACI CASAVBONI, Lugduni Batauorum 1589. 12. (*x*) Eundem imitatus IOANNES BAPTISTA BELLVS, *Polyaenum Gallicum* ſcripſit Toloſae 1643. 12. (*xx*) vbi ſolum exempla ex hiſtoria Gallica petita recenſentur. (*y*) De reliquis,

(*w*) FRONTINVM foras etiam dedit SAMVEL TENNVLIVS ſumma cum induſtria, Lugduni Batauorum 1675. Nuper ibidem, nempe 1731. cum notis FRANCISCI MODII, GODESCHALCI STEWECHII, PETRI SCRIVERII, & TENNVLII, auſpiciis FRANCISCI OVDENDORP, viri clariſſimi, recuſus. Vita FRONTINI praefixa eſt.

(*x*) POLYAENI Stratagematum libri VIII. Graece & Latine IVSTO VVLTEIO interprete, PANCR. MAASVICIVS recenſuit; IS. CASAVBONI, nec non ſuas, adiecit notas. 1690. 8. Lugduni Batauorum.

(*xx*) Ex iis ſubinde nonnulla delibauit; ſed & obſeruationes nouas adiecit quidam DE LA FE' conſarcinato libro: *Les Stratagemes & les Ruſes de Guerre, tirez des Hiſtoriens Grecs, Latins & François, tant Anciens que Modernes. Ouvrage autant utile aux Generaux d'Armées, qu'aux Officiers particuliers, ainſi qu'à toutes ſortes de Gens d'Armes, pour ſurprendre les Ennemis & pour éviter d'en etre ſurpris: Dediez à la nobleſſe de France.* Pariſiis 1694. 12. in quo enitet ſingularis induſtria.

(*y*) Praeſertim libro vtuntur multi cui titulus: ONOSANDRI *Strategicus*; *ſeu de Imperatoris inſtitutione* edit. in officina *Commelin.* 1600. 4. Acc. VRBICII inuentum, cum Latina interpretatione

liquis, quae concernunt indictionem belli atque Ius feciale, infra dicemus inter scriptores Iuris Gentium.

§. XXVII.

Sunt etiam, qui vitia politicorum descripserunt. (y) Exstat Ahasveri Fritschii *minister peccans.* Prodiit quoque olim Compendium politices nouum, sub schemate *hominis politici*, ex principiis Iesuiticis deductum, quod tamen sub titulo: *Politici scelerati* impugnauit Christophorvs Pellervs, Norimbergae 1669. 8. (z) Li-

tione & notis Nic. Rigaltii. Acc. in Onosandrum Iani Grvteri Commentarius, & Aemilii Porti Obseruationes.

(y) *De vanitate Consiliorum liber vnus, in quo vanitas & veritas rerum humanarum, Politicis & Moralibus rationibus clare demonstratur, & dialogice exhibetur.* Auctore S. L. Warsauiae 1700. impressus est. Perrarum hunc codicem Stanislavs Lvbomirskivs confecit, supremus regni Poloniae Marescha]lus, qui post acres cum rege amicisque regiis contentiones, breuiter & summatim generalia capita prudentiae vniuersalis collegit. De reliquis principis huius scriptis lege Grvphivm de *script. hist.* pag. 5015.

(z) Pelleri *Politicus sceleratus impugnatus*, i. e. *compendium Politices nouum* Edit. IV. Commemoratione adulationum Romanarum, cum Comment. Ameloti &c. auctior Norimbergae exiit 1698. 8.

Licet non deessent, qui, *Pellerum* ad scripti refutationem non satis instructum fuisse, vellent. CAROLVS DE GROBENDONC librum edidit *de ortu & progressu spiritus politici, & quo ille, nisi fortiter ei occurratur, sit euasurus*, Pragae 1616. f. in hoc autem axiomata politica proponit, quibus fraudes politicae insistunt. Nec male huc refertur *Monarchia Solipsorum*, quae sub nomine LVCII CORNELII EVROPAEI, seu, qui sub eodem latere putatur, GABRIELIS BARIACI LERMAEI, prodiit, primum Venetiis, dein in Belgio recusa, in qua Iesuitarum artes, mores, studia & status totius societatis, multa industria atque elegantia depingitur. De iisdem exstat *La Morale pratique des Jesuites, à Cologne* 1669. 12. atque THEOPHILI EVLALII *homo politicus & monita priuata* S. l. Placentiae 1668. 12. quae prauas artes Iesuitarum viuis coloribus depingunt.

§. XXVIII.

Hic non male adnectentur, qui vulgo dici solent *Monarchomachi*, (a) quod principum

(a) Aristotelis principia in partes suas nonnunquam traxere monarchomachi; sed plerumque parum fidi sunt eius interpretes. Nihilominus Francisco

cipum summorum maiestatem impugnant. De iis generatim commentatus est (*b*) Ackervs in schediasmate peculiari, Rudolstadii 1714. Refertur vero inter eos Georgivs Bvchananvs in libro suo *de iure regni apud Scotos*, (*c*) in quo licet, prout

cisco I. Gallorum regi id bilem mouit. In *Menagianis* Tom. I. pag. 143. digna quae audiantur verba, hac de re proponuntur: *Petrus Gallandius* (Professor Regius) *avoit des envieux, & ces envieux vouloient faire venir de Normandie un nommé Bigot, Grand Philosophe Aristotelicien, pour le supplanter par ce moyen. François premier à qui l' on en avoit parlé, demanda à Petrus Castellanus, quel homme c' etoit. Il repondit que c' etoit un Philosophe, qui suivoit les sentimens d' Aristote. Et quels sont les sentimens d' Aristote, ajouta François premier? Sire repondit, Petrus Castellanus, Aristote prefere les republiques à l' etat Monarchique. Cela fit une telle impression sur l' esprit de François premier, qu' il ne voulut plus entendre parler de ce Mr. Bigot.* Vid. plura in praef. ad Michaelis Piccarti Diss. de *Argumentis librorum Politicorum Aristotelis* edit. Helmstadii 1715. 4.

(*b*) Nomina tantum monarchomachorum nonnullorum, & iudicia interdum clarorum virorum de iis, summatim retulit Ackervs.

(*c*) Sententiarum iniustarum farragine, eam ob caussam Bvchananvs lectores tenebat, quia totus ab illis pendebat, qui deiecta *Maria Stuarta*, Scotiae regina, rerum ad se trahere summam annitebantur. Conf.

prout titulus fert, de Scotis saltim agere videatur, odium tamen suum erga regiam potestatem in genere prodidit. Accessit eiusdem *historiae Scoticae*, Edinburgi 1583. fol. atque in Belgicum sermonem translata fuit Amstelodami 1598. 4. Praestantissima omnium BVCHANANI *operum* editio est, quae cura THOMAE RVDDIMANNI Edinburgi 1715. duobus voluminibus in fol. comprehensa prodiit. Respondet eidem GVILIELMVS BARCLAIVS, in tribus libris prioribus *de regno & regali potestate*, in reliquis tribus *Brutum*, *Boucherium*, aliosque refutat: prodierunt Parisiis 1600. 8. Sanguinarius & crudelissimus liber est *de iusta reipublicae Christianae in reges impios & haereticos auctoritate, animaduersione, iustissimaque* *Catho-*

BVDDEI *selecta iuris nat. & gent.* §. LII. pag. 77. Hinc inuehitur in Mariam & pontificios omnes aspere, in XXII. libris illis potissimum, in quibus Historiam Scotiae digessit. Vid. GVILIELMVS CROVVAEVS in libro cui index: *An exact Collection or Catalogue of our English Writers on the Old and New Testament* pag. 145. sqq. GERARDVS IOANNES VOSSIVS Lib. II. *instiut. Poet.* pag. 13. sqq. & alibi. OLAVS BORRICHIVS Dissert. V. *de Poet. Lat.* Num. 192. pag. 150. NICERON Tom, VII. pag. 212. THOV & TEISS. *Elog.* Tom. II. pag. 7. Tom. III. pag. 296. DV PIN in *Bibl. des Aut. sep.* Tom. I. P. II. pag. 592.

Catholicorum ad Henricum Nauarraeum & quemcunque haereticum a regno Galliae repellendum confoederatione, Antwerpiae 1592. 8. (*d*) in quo regem haereticum non solum a regno haereditario plane repelli posse contendit, sed etiam licitam esse contra eum confoederationem. (*e*) Auctorem libri faciunt Gvilielmvm Giffordvm vel Gvilielmvm Rossaevm. Henricvs Ernstivs vero *variarum obseruationum* libro II. Cap. XXXVI. Ioanni Bovcherio tribuit. Hic enim homo nefarius, *de iusta Henrici* III. *abdicatione a Francorum regno libros* IV. scripsit, Lugduni 1591. 8. licet abdicatus non fuerit *Henricus*, multas autem subditorum rebelliones expertus. Quum autem tractatui nomen praemittere non dubitauerit, vix crediderim, ab vno aucto-

(*d*) Anno 1594. publice iussu Regis, hic liber Parisiis a carnifice in ignem abiectus est.

(*e*) Eiusmodi nugae illudunt speciose animis, a doctrina & iudicio parum paratis; quae vero si adhibentur, multae ciuitates bene ordinatae & felices, statim funditus euertuntur; hinc repetitis ex veterum memoria exemplis, monstrari potest, quam insulsae foedaeque sint; eo magis, quum principum optimi, saepenumero in odia ciuium incurrant; Conf. Grotivs *de Iure B. & P.* Tom. I. pag, 121. sqq. edit. Barb.

auctore vtrosque tractatus esse, de eadem materia agentes. Priori autem libro *de reipublicae Christianae potestate* dissertationem opposuit IOANNES MEISNERVS *de tyrannicidio*, Wittebergae 1642. 4. Eodem cum superioribus fere tempore prodierunt STEPHANI IVNII BRVTI *vindiciae contra tyrannos, seu de principis in populum, populique in principem legitima potesta e*, Edinburgi 1579. 12. Francofurti ad Moenum 1608. 8. & gallice 1581. 8. in quibus populi iura nimium extolluntur. THEODORVM BEZAM voluit esse auctorem (*f*) IOANNES PHI-

(*f*) Licet auctor libri huius non fuerit BEZA, nemo tamen forsan sectae monarchomachorum addictior fuit hoc viro. Stilum enim exacuit in principes; infausta etiam quaeuis iis apprecatus est; cumprimis Antonium Burbonensem Nauarrae regem, *Iulianum sui temporis* vocauit, quoniam sacris Romani coetus fuerit initiatus. *Mariam* autem *Stuart*, *Medeam* in Epistolis ad Caluinum cognominauit; quae aliaque plura adserti nostri veritatem euincunt. Eruditio tamen illius nunquam satis condigne laudabitur. Conf. THOV & TEISSIER in *Eleg.* Tom. II. pag. 365. Tom. III. pag. 448. & *Memoire de Mr.* BAYLE *sur quelques endroits qui le concernent dans les nouvelles additions de Monsieur Teissier aux Eloges des hommes Savans* pag. 450. sqq. DV PIN in *Bibl. des Aut. Prof.* Tom. I. P. I. pag. 172. PAVLVS COLOMESIVS in *Biblio-*

Philippi, Anglus, in *responsione ad apologiam Brammali* pag. 29. quare etiam editioni Amstelodamensi, 1660. 12. factae, nomen *Bezae, Bruti* nomini est subiectum. Huic tamen abiudicat Gisbertvs Voetivs in *disquisitione de auctore vindiciarum contra tyrannos, quae sub nomine Iunii Bruti, Celtae, aliquoties typis editae sunt,* Amstelodami 1661. 12. quae primum tecto nomine prodiit, post parti quartae disputationum selectarum fuit inserta. Hic autem Hvberto Langveto attribuit, cuius nomen editioni nouae, post hanc disquisitionem editam, fuit praefixum. (g) Quem etiam

Bibliotheque choisie pag. 206. Lovis Maimbovrg in *Histoire du Calvinisme* Lib. III. passim. *Histoire des Ouvrages des Savans* par Monsr. B. *Mois de Janvier, Fevrier, Mars.* A. MDCCIV. pag. 215.

(g) Languetum verum esse auctorem, dudum probatum fuit a Philibert de la Marre, in vita Hvberti Langvet, quam edi curauit illustris Io. Petrvs a Lvdewig Halae 1700. 12. Peculiarem hac de re Dissertationem addideris Petri Baelii, subiunctam Dictionario Historico - critico. Prodierunt etiam Hanouiae 1595. & Amstelodami 1611. eaedem vindiciae. Si principia quaedam excipimus fallacia, nescio quid desiderari amplius queat; quum laudem scribendo alias consequutus fuerit auctor; François Estienne easdem gallice vertit 1581. 12. Vid. Pavlvs Colomesivs in *Melanges Historiques*

etiam plerique alias agnoſcunt, licet vel FRANCISCI HOTTOMANNI, vel PHILIPPI MORNAEI eſſe, alii velint. Hunc tamen vltimum verum eſſe auctorem, editorem LVDOVICVM VILLERIVM LOISELERIVM, contendit GROTIVS. Contra hunc prodierunt anonymi *defenſes de la Monarchie Françoiſe contre le livre de Junius Brutus*. Potiores partes in hac materia faciunt, qui in cauſſa regicidii Anglicani calamum exercuerunt, in qua ab vtraque parte ſcripta varia fuerunt edita. CLAVDIVS SALMASIVS primum tecto nomine ſcripſit *defenſionem regiam pro Carolo* I. quae 1650. 12. prodiit, idque ſine dubio auſpiciis *Caroli* II. In hac totus in eo eſt, vt Anglos regicidas increpet, & demonſtret, Parlamentum Anglicanum eſſe infra regem. Reſpondit eidem, atque *defenſionem pro populo Anglicano* ſuſcepit IOANNES MILTONVS, (*b*) in peculiari tractatu Londini 1652. 12.

riques pag. 13. ſq. BRVTI vero cognomen adſciuit Languetus, quoniam *Tarquinius ſuperbus*, ab eo e Romanorum ciuitate eiiciebatur.

(*b*) Londini 1738. hiſtoricorum, politicorum & miſcellaneorum IOANNIS MILTONI operum editio, auſpiciis THOMAE BIRCH euulgata II. Vol. in fol. ſ. t. *A complet Collection of the Hiſtorical Politital and Miſcellaneous Works of John Milton*

12. edito. Ad quam postuma Clavdii Salmasii prodiit *responsio*, Londini 1660. 8. Certe, eruditione superior erat *Salmasius Miltono*, non aeque iudicio pragmatico. Ad normam reipublicae Romanae, atque ex scriptoribus antiquis, Angliae statum deducit, quod in ipso *Miltonus* atque alii reprehendunt. Vulgare igitur de vtroque est iudicium, quod *Salmasius* rem optimam pessime, *Miltonus* rem pessimam optime defenderit. Id quod de ratione politica facile concedimus, quum alias magis erudita sint *Salmasii*, *Miltoni* vero speciosa magis argumenta. Secundam postea *defensionem pro populo* suscepit Miltonvs *contra tractatum anonymi*, cuius titulus: *Regii sanguinis clamor ad coelum, aduersus parricidas Anglicanos*, Hagae Comitum 1654. 12. (*i*) In hoc potissimum exemplis ex historia, praesertim Anglica, petitis docet, Parlamentum esse supra Regem, & imperii summam penes populum. (*k*) Culpandus tamen

Milton, correctly printed from the Original editions. Historico-critica adiecta est vitae descriptio auctoris, nec non scripta quaedam, antea nunquam publici facta iuris.

(*i*) Praeclare de iis sentimus, quae hoc de libro adferuntur in *Histoire des Ouvrages des Savans. Fevrier* 1699. pag. 86.

(*k*) Atro etiam carbone omnino est notandus Io. To-

LAN-

men potiſſimum eſt, quod *Caroli* I. imperium dicat eſſe tyrannicum. Alias *Miltono* reſpondit in *apologia* ſua *pro rege & populo Anglicano, contra Ioannem Miltonum* Antwerpiae 1652. 12. Hic autem potius iniurias in *Miltonum* euomuit, quam vt eius argumenta euertat. IOANNEM BRAMMALVM huius ſcripti auctorem facit, eius vitam deſcribit, eidemque reſpondet IOANNES PHILIPPI, Anglus, in *reſponſione ad apologiam anonymi cuiusdam tenebrionis*, Londini 1652. 12. Sed etiam haec reſponſio plus iniuriis, quam argumentis atque rationibus, eſt referta. Idem regicidium defendere

LANDVS Hibernus, qui ſaepe Carolum I. iniuria laceſſiuit, in vita Io. MILTONI, quam compoſuit ſ. t. *The Life of John Milton, containing, beſides the Hiſtory of his Works, ſeveral extraordinary Characters of Men and Books, Sectes, Parties and Opinions.* Londini 1699. 8. praefixa eadem eſt operibus Miltoni. Exarſerunt in eum cordatiores omnes, praeſertim ob durius dicta in regem; & alia morum diſciplinae oppoſita. Sigillatim & ſtrictim haec legas in Io. LAVRENTII MOSHEMII, viri grauiſſimi, Commentatione de *Vita, fatis & ſcriptis Ioannis Tolandi*, praemiſſa *Vindiciis antiquae chriſtianorum diſciplinae* pag. 89. ſqq. edit. ſecundae, priori longe auctioris, Hamburgi excuſ. 1722. add. *Hiſtoire des Ouvrages des Savans Fevrier* 1699. Artic. VIII. pag. 78.

dere conatur William Allen, (l) in libro, quem inſcripſit: *traité politique, que tuer un tyran, n'eſt pas un meurtre, à Lyon* 1658. 8. id quod ex multis ſcriptoribus demonſtrare conatur. Alii tamen contra *Miltonum* & adſeclas egerunt. Prodiit enim *Caro-*

(l) Monarchomachorum numerum conficit etiam Algernon Sidney, cuius opera ex Anglorum idiomate in Gallicum a P. A. Samsono translata, Hagae comitum 1702. Vol. III. 8. prodierunt, ſ. t. *Diſcours ſur le Gouvernement*. Dici non poteſt, quanta verborum amarulentia infectetur auctor omne imperium monarchicum. Huic iungimus *Oceana*; & alia ſcripta Iacobi Harrington, collecta, emendata atque edita vna cum vita auctoris a Io. Tolando, Londini 1700. fol. Index eſt: *The Oceana of James Harrington and his other Works: ſome thereof are now firſt publiſh'd from his own Manuſcripts. The whole collected; methodiz'd and review'd with an exact Account of his Life prefix'd by John Toland.* Nuper haec recuſa, politicis additis voluminibus variis, quae Tolandus poſthabuit; Londini 1737. fol. In horum operum fronte conſpicitur libellus inſcriptus: *The Grounds and Reaſons of Monarchy conſidered; and exemplified in the Scotiſh Line, out of their own beſt Authors and Records:* in quo varia continentur memoratu & impia, & ſummo principum imperio oppoſita. Satius igitur eſt nihil agere, quam hiſce legendis operam perdere. Non vero Harringtonvm, vti pleruinque tradunt, ſed quendam Ioannem Hall Durhamenſem, hoc compoſuiſſe ingenii leuioris monimentum, compertum habemus.

Carolus I. *Britanniae rex*, *a securi & Miltoni calamo vindicatus*, Dublini 1652. 12. IACOBI SCHALLERI *dissertatio ad quaedam loca Miltoni*, Argentorati 1652. habita, post recusa Lugduni 1653. 4. *Abregé des derniers mouvemens d' Angleterre, avec un raisonnement des droits du Roy, & du Parlement, à Anvers* 1651. 12. IOANNIS ANDREAE GERHARDI diss. *de iure ac potestate Parlamenti Britannici*, Ienae 1660. 4. *Examen Anglicum, exhibens quaestiones politico-iuridicas, maiestatem non esse violandam*, Rintelii 1653. 4. Io. CHRISTOPHORI NEANDRI *discursus, de principum potestatis summitate contra regicidium Anglicanum*, Francofurti 1661. 12. GVILIELMI VRSINI *de* RIVO *vindiciae pro capite Regis Angliae contra rebelles parricidas*, Hagae Comitum 1649. 12. & qui tractatus sunt similes. Inter hos optimum censeri debet CASPARIS ZIEGLERI (*m*) *regicidium Anglicanum*, Lipsiae 1652. 4. & Amstelodami 1676. 12. iura regia defendens. Referuntur etiam ad Monarchomachos BELLARMINVS, (*n*) in libro *de potestate ecclesiae*, (*o*)

(*m*) De ZIEGLERO vid. PIPPINGIVS, in *Memor. Theol.* pag. 1042. & FABRICIVS in *histor. bibl. Fabr.* Part. IV. pag. 136.

(*n*) BELLARMINI de *Romano Pontifice* liber, in indice expur-

(o) Ioannes Althvsivs in *politica succincta*,

expurgatorio tenet locum. Wilhelmvs Barclaivs classicum inprimis contra eum cecinit; in libro: *De potestate Papae, an & quatenus in reges & principes seculares ius & imperium habeat?* Londini 1609. 8. obuertit autem Bellarminus monstrosum opus: *de potestate summi pontificis in rebus temporalibus; contra G. Barclaium.* (quem librum innuit auctor noster) Romae 1610. 8. & Coloniae 1611. 8. Eodem auctore prodiit etiam Adolphi Schvlckenii, *Apologia pro Bellarmino de potestate temporali pontificis aduersus librum falso inscriptum: Apologia Cardinalis Bellarmini pro iure Principum.* Coloniae 1613. 8. Pontificii vero plurimi pronunciant, a Bellarmino tractatum illum non esse confectum; licet ex ipsa lectione contraria eluceat sententia. Excusserunt permulti alii opposita principibus dogmata, ibi consarcinata. Vti generatim tam pontificii, quam nostrates, iure incubuerunt refutationibus scriptorum Bellarmini. Vid. Ferdinandi Vghelli *Italia Sacra* Tom. VI. pag. 360. Niceronii *Memoires* Tom. XXXI. pag. 1. sqq. Bosii *Introductio in notitiam scriptor. eccles.* pag. 26. dv Pin in *Bibl. des Auteurs Eccl. du* XVI. *siecle* Tom. XVII. pag. 18. edit. II. quae prodiit Amstelodami 1711. 4. Nihilominus anceps, diu agitata est in curia Romana, controuersia, an solenni consecrationis ritu, quem canonisationem vocant, inter sanctos referendus sit Bellarminus? En librum cui index est: *Congregatio sacrorum rituum, circa Romanam beatificationem & canonizationem Roberti S. E. R. Cardinalis Bellarmini.*

(o) Bellarminvs etiam de *Officio Principis Christiani* tres libros Romae 1609. 8. edidit; recus. Antwerpiae

cincta, (o) M. ZVERIVS BOXHORNIVS in *institutionibus politicis*, DAVID PAREVS in *Commentario in epistolam ad Romanos*, vbi hanc opinionem defendit, quod magistratus inferior superiorem punire & bellis possit inuadere, atque scripta similia. Omnes vero *Boxhornii libelli politici* iunctim editi sunt Amstelodami 1663. 8. apud *Casp. Commelinum.* (conf. *Memoires de litterature de Mr.* SALLENGRE, Tom. II. Part. VIII. pag. 165. & adde THOMASII *orationes acad.* pag. 448.) FRANCISCI (p) HOTTOMANNI *Franco - Galliam* huc vulgo

werpiae 1619. in 8. & Coloniae 1619. in 16. Gallice impressos f. t. *Le Monarque parfait où le devoir d' un Prince Chretien, traduit du Latin par* IEAN DE LANNEL *sieur de Chaintreau.* Parisiis 1625. in 8.

(o) Maiestatem realem, adeoque imperium in principem, populo adsignat ALTHVSIVS; qui noxius error bene multos alios ei infeuerauit; cautum igitur prouidumque requirit lectorem. Reiecimus lubricum illud principium, in *Dissertatione Politica de iureiurando Principis* hac in academia, quo haec scribimus tempore impressa §. XXVIII. pag. 18. sqq.

(p) Inter summos principes, plures aduersarios nactus est Franciscus Hottomannus. Penitus consule *Epistol.* XXXVII. XXXVIII. XXXIX. XL. quae reperiuntur in libro: FRANCISCI ET IOANNIS HOTTOMANNORVM *patris & filii, & clarorum virorum ad eos epistolae*; quibus accessit epistolarum miscellanearum virorum docto-rum,

vulgo referunt; quum tamen *Hottomannus* non contra Monarchiam summorum imperantium in genere agat, sed iura tantum Parlamenti in Gallia, quae satis magna olim erant, defendat, quae tamen legibus fundamentalibus atque obseruantia erant fundata. Nouissimum scriptum est Gerardi van der Mvlen, *de sanctitate summi Imperii ciuilis*, Traiecti 1689. 8. quo multis, nec etiam infirmis, argumentis probat, licere

rum, qui hoc & superiore seculo claruerunt appendix, ex bibliotheca Ioannis Gvilielmi Meelii Amstelodami 1700. 4. Praemissa fuit Francisci Hottomanni vita à Nevelto Doschio conscripta, cum animaduersionibus Leikheri, elogiisque clarorum virorum adornata. In *excerptis menstruis* Anni MDCC. Mens. Octobr. Hanouerae editis pag. 675. indicatur etiam opusculum, cuius titulus hic est: Fr. Hotomanni *Iuris C. Memor. aeter. & heic praeter luct. fun. recensentur libri, quotquot scripsit, vulgati, vulgandi* August. Raurac. typ. Wald. 1593. 4. Ceterum opera eius a Iac. Lectio apud haeredes Eustathii & Iacobum Stoër An. 1599. in fol. in III. Tomis iunctim prodierunt. *Illustres Quaestiones* illius illaudatas hic non dimittimus; quippe in his, vestigiis Fernandi Vasqvii, cuius etiam exstant *illustrium controuersiarum libri*, insistens, historiam cum politica coniunxit, iurisque regulas ei intrusit.

cere resistere Monarchis, si potestate sua abutantur.

§. XXIX.

Certorum inter veteres scriptorum saltim politicam alii describere adgressi sunt. Ita CASPARIS FACII habemus *politicam Liuianam*, (q) in qua statum reipublicae liberae apud Romanos explicat, Lipsiae 1615. & Altenburgi 1617. 4. IOANNES HENRICVS BOECLERVS *dissertationes politicas* edidit *ad selecta veterum historicorum loca*, quae *institutionibus politicis* eiusdem Argentorati 1674. & 1688. 8. iunctae sunt. Eiusdem *dissertationes politicae in Suetonium*, additae conspiciuntur editioni SVETONII cum ISAACI CASAVBONI *commentariis*, Argentorati 1647. & 1688. 4. Eiusdem sunt *characteres politici Velleiani* (r) Argentorati 1642. 8. recusi

(q) Quamquam ingenio & natura praestanti, concedat nemini LIVIVS; superstitioni tamen indulget saepissime. TOLANDVS in *Liuio a superstitione vindicato* id ipsum est excusaturus; hunc tamen non facere satis contrarium tuentibus, patet. Conf. TOLANDVS in *Adeisidaemone* pag. 13. sqq. & in Praefat. *That in all Ages superstition is actually the same, howewer the Names of it may vary.* De MACHIAVELLO ad Liuium, alio loco a nobis dictum est. Repete Capitis huius §. X.

(r) Pari virtute BOECLERVS *Cornelium Nepotem*, &

cusi cum notis & indicibus Christophori Cellarii Lipsiae 1707. 12. qui & Henrici Dodwelli *tabulam Annalium Velleianorum* adiecit; in quibus potiora politica ex Velleio enodauit atque deduxit. Optandum omnino esset, vt singulorum scriptorum tales exstarent *characteres*. Addimus etiam illos, qui ex *Tacito* (s) certa deduxerunt axiomata, de quibus iam supra fuit dictum. Recensuit illorum plurimos Amelot de la Hovssaye in praefatione erudita, gallicae suae Taciti versioni praemissa. Lege etiam Morhofivm *Polyhist.* Tom. III. Lib. II. §. XII. pag. 497. sequ.

§. XXX.

Plures sunt, qui obseruationes politicas (*refle-*

& *Herodianum* explanauit; vti *Tacitum*, *Curtium* & *Iustinum*, Freinshemivs & Berneggervs faciliores ad intelligendum effecerunt. Conringivs laudatus laudat eos Cap. XIV. pag. 335. Libri *de Ciuili prudentia*.

(s) Si pueri olim iuris ciuilis studium auspicaturi, leges XII. tabularum tanquam carmen necessarium ediscebant; cur non & Politici reipublicae clauum gubernaturi, huius auctoris scripta (Taciti) memoriae penitus commendabunt, a quibus exempla simul atque oracula petant, ipsius reipublicae bene feliciterque administrandae „ Sunt verba Navdaei l. c. §. XLVIII. pag. 106.

(*reflexions*) de variis negotiis ediderunt. Extant (*t*) quidem *Reflexions politiques*, *par lesquelles*

(*t*) Tenent hic locum VIGLII ZWICHEMI AB AYTTA *Epistolae Politicae & Historicae ad Ioachimum Hopperum* excuf. Leuard. 1661. 8. PETRI DE VINEIS, Cancellarii quondam Friderici II. Imperatoris Romanorum, *Epistolarum libri VI.* recogniti, aucti, glossario & indice illustrati per GERMANUM PHILALETHEN Ambergae 1609. 8. *Epistolae Principum, Rerumpublicarum ac sapientum virorum* ex antiquis & recentioribus tum Graecis quam Latinis Historiis collectae. Venetiis 1574. 8. *Lettres de* LOREDANO, *sur diverses matieres de Politique, & autres importans Sujets, traduites en François, avec l' italien à coté. Par le Sr. de* VENERONI edit. II, Bruxellis 1712. 8. *L'Espion dans les Cours des Princes Chretiens* Coloniae 1697. *Suite de l' Espion* &c. *traduit de l' Anglois* Amstelodami 1699. Vol. VI. 8. *Lettres de* Mr. FITZ MORITZ *sur les Affaires du tems, & principalement sur celles d' Espagne sous Philippe V. traduites de l' Anglois par Mr.* DE GARNESAI edit. II. *augmentée d' une Reponse à ces Lettres.* Amstelodami 1718. 8. *Lettres du Roi* LOVIS XII. *& du Cardinal* GEORGE D'AMBOISE Tomi IV. Bruxellis 8. SIGISMUNDI AUGUSTI Poloniarum regis *Epistolae, Legationes & Responsa*; nec non STEPHANI BATORII, Reg. Pol. Epistolarum decas, & orat. ad ordines Poloniae. E museo H. *de Huyssen.* Acc. Opuscula II. alia, ad electionem regis Sigismundi III. spectantia, recensuit Io. BURC. MENCKENIUS Lipsiae 1703. 8. *Epistolae* IACOBI IV. IACOBI V. & MARIAE *Regum Scotorum eorumque tutorum & regni gubernatorum,*

quelles on fait voir, que la persecution des Reformés est contre les veritables interets de la France, à Cologne 1686. 12. *Reflexions sur le projet de Paix, dressé par la France, par l' auteur du salut de l' Europe*, 1698. 4. atque scripta similia, cum vix hodie de negotio alicuius momenti agatur, de quo non certae edantur *reflexiones*. (*u*)

§. XXXI.

rum, ad Imperatores, Reges, Pontifices, Principes, Ciuitates & alios, ab An. 1505. ad 1545. Tomi II. Acc. appendix Actorum publicorum, per primum fere Mariae reginae quinquennium. Edimburgi 1722. Io. Christ. Lünigii *Litterae Procerum Europae ab An.* 1552. *vsque ad An.* 1712. Latina lingua exaratae. Lipsiae 1712. III. Vol. 8. Eiusdem: *wohl-stylisirte Schreiben welche von Kayser, Königen, Chur- und Fürsten* &c. *von An.* 1713. *bis* 1728. *abgelassen worden* Lipsiae 1728. 8. Huberti Langueti *Epistolae secretae ad Augustum Saxoniae Electorem* edit. a Io. Petro a Ludewig. Halae 1699. 4. *Lettere del Card.* Lanfranco Margotti. *Raccolte, e publicate da* Pietro de Magistris de Calderola. Venetiis 1642. 4. *Lettres & Discours sur diverses Matieres curieuses* auctore *de* Sorbiere Parisiis 1660. 4. *Discours Politiques & Militaires du Sr.* de la Noue. *Recueillis & mis en lumiere par le* Sr. de Fresnes. Lugduni 1595. 12.

(*u*) Dies & charta deficerent, si scriptores qui sub hoc titulo innotuerunt essemus nominaturi. Politicorum

§. XXXI.

Generales sunt *obseruationes historico-politicae* MATTHIAE BERNEGGERI, (u) Argen-

çorum Coryphaei, siue HERMANNI CONRINGII tantum dissertationes nonnullas, cum fructu legendas, indicabimus. Exstat eius Disp. de *commerciis & mercatura*, edit. Helmstadii 1666. 4. *de importandis & exportandis*, edit. 1665. & recus. 1673. *de re nummaria in republica quauis recte constituenda*, 1662. *de contributionibus*, 1669. & recus. 1675. *de vectigalibus*, 1663. *de maritimis commerciis*, 1680. *de aerario boni principis recte constituendo, augendo & conseruando*, 1663. Quibus iungas *Discours politiques des Rois*, edit. olim a clarissimo DE SCUDERY, recus. autem Parisiis 1729. 8. In hac collectione reperitur *Oratio Caroli* V. qua inquirit quaestionem: an abdicatio imperii sit suadenda? *Ludouici IV. regis Galliae iudicium* de eo: an principem deceat increpare subiectorum vitia, ac cum animi vehementia coram iis agere? Accedunt dissertationes in quibus sub examen reuocantur haec: an regum actiones exempla praebeant? an omnia media licita sint potestatem amplificandi? an hostes parui aestimandi? an publica salus priuatae praeferenda? an Ministri, quorum fides dubia est, ab aula arcendi? an dignitas regia diuidi possit? an imperium haereditarium sit optimum? an rex electus eos debeat dimittere, a quibus fuerit antea electus? an principi semper sit standum promissis? &c. Add. PAOLO PARUTA *Discorsi Politici* Libri II. edit. Venetiis 1599. 4.

(u) IOANNES HENRICUS BOECLERUS in *Orat. funebri* laudes BERNEGGERI, Varronis Argentoratensis,

gentorati 1669. 8. & Mich. Piccarti *obſeruationum politicarum decades* VI. *priores atque poſteriores*, Norimbergae 1651. 8. Vtrique varia ex hiſtoricis, antiquis praeſertim politice conſiderarunt. Prodierunt quoque *Piccarti diſſertationes politicae* (*u*) Altorfii 1661. 8. Marci Zverii (*v*) Boxhornii *diſquiſi-*

ratenſis, qui praematuram mortem immortali nominis ſui penſauit memoria, percenſet. *Thucydidi* enim, *Tacito*, *Suetonio* & *Salluſtio* incubuit pari induſtria, fructusque diligentiae, politicae ex hiſtoriis addiſcendae, adhibitae, transfudit ad poſteros. Legitur autem Boecleri *Oratio* loco IX. Orationum Argentorati 1654. 8. editarum pag. 230. ſqq. Acceſſerunt Boecleri programmata academica.

(*u*) Id mirum quantum profuit ad explicationem Politicae Piccarti opera. Scripta eius hinc omnibus commendamus.

(*v*) Operum Boxhornii ad Politicam ſpectantium ordo hic eſt: Inſtitutiones Politicae; de quibus ſupra. Diſquiſitiones Politicae XXII. Emblemata Politica. De Maieſtate & Praerogatiua vindiciae. De Legibus. De Poenis. De primis opibus Reipublicae. De Amneſtia. De Republica. De Regio Romanorum Imperio. De Electione ac Succeſſione. De Succeſſione & iure Primogeniturae. Deſcriptio Reipublicae Batauae. Apologia pro Nauigationibus Hollandorum, contra Hutterum. De veteri Achaeorum Republica. Idea Oratoria Politica ex Hiſt. Rom. cum eiusdem fragmento. De inſtitutionibus autem Politicis huius viri, alio loco, nimirum §. XXVIII. huius capitis fuit diſputatum.

quisitiones politicae, quibus proponuntur ac deciduntur casus politici, Amstelod. 1663. 12. excusae sunt. Praecipue autem eminent (v) IACOBI THOMASII, ADAMI RECHENBERGII, CONRADI SAMVELIS SCHVRZFLEISCHII *dissertationes politicae,* de praestantissimis argumentis cum magna doctrinae & iudicii acutioris laude conscriptae. (v) NICOLAVS CELLERMONVS etiam *dissertationes politicas* scripsit, siue *discursus in Q. Curtium* &c. Basileae 1626. 8. IOANNES PAVLVS FELWINGERVS *dissertationes politicas,* Norimbergae 1666. 8. CHRISTOPHORVS HEIDMANNVS *dissertationes politicas,* Helmstadii 1658.

§. XXXII.

Addimus his, qui de arte apodemica siue peregrinandi egerunt. Plures sunt, qui in eadem materia fuerunt occupati. *De arte peregrinandi* libros duos habemus, Lipsiae 1691. 12. &, qui coniunctim editi fuerunt, *auctores varii de arte peregrinandi,* No-

(v) Praefulgidum HERMANNI CONRINGII nomen ementiuntur libri perplures, partim indicati; generatim autem *opera politica* hic commendanda sunt omnia; VI. Voluminibus comprehensa, & edita ab illustri IOANNE WILHELMO GOEBELIO, Brunsuigae 1730. Vita quoque magni illius polyhistoris vna cum praefatione pererudita est adiecta.

Norimbergae 1591. 8. *Hermetem politicum*, seu libros III. *de prudentia peregrinatoria*, edidit Ivlivs Bellvs, Francofurti ad Moenum 1608. 12. olim satis aestumatum, hodie parum vtilem, quum ipse quidem auctor olim in aulis principum versatus, plane diuersum statum a nostro viderit. Ioannis Henrici Boecleri *dissertatio de peregrinatione Germanici Caesaris*, inter *dissertationes* eiusdem *academicas* exstat. (w) Sic etiam Hermannvs Conringivs *de prudentia peregrinandi* egit, Francofurti 1672. 4. Est haec disquisitio academica, quam sub praesidio *Conringiano* Helmstadii 1663. defendit *Dethlef Broktorff*; ibidemque saepius recusa fuit. (x) Ioan-

(w) Loco primo exstat haec dissertatio pag. 1. seqq. edit. Argentorati 1658. 8. Studium cognoscendi in peregrinatore, quali ingenio suscitari, quali disciplina informari gaudeat, quibusdam praesentioris documenti speciminibus, sub initium huius dissertationis ostenditur. Tum cognitionis peregrinatori propositae argumentum, per partes nobiliores expenditur; praemissaque *Germanici* historia huc pertinente, ad vsum familiarem ac interiorem, quadam obseruationis & meditationis repraesentatione attemperatur. Denique cognitionis peregrinando quaesitae fructus summatim delineantur.

(x) Inserta est haec diss. Tomo I. *Disputationum* publicarum Hermanni Conringii, iunctim editarum Hamburgi 1729. vid. *Nieder-Sächsische neue Zeitungen von gelehrten Sachen*, anno 1729. pag. 268.

IOANNES CONRADVS DIETERICVS *de peregrinatione studiosorum*, (*y*) Marburgi 1640. 4. THEODORI ZWINGERI (z) *methodus apodemica*, Basileae 1577. 4. ALBERTI MEYERI *methodus apodemica*, Rostochii 1591. 8. GEORGII LOYSII *peruigilium Mercurii de virtutibus peregrinantium*, Francofurti 1643. 12. EDVARDI LEIGH *dissertationes* III. *de peregrinatione & peregrinantium manuductione ad exteras gentes; de moneta; de mensura vnius loci ad alium*, quae anglice fuerunt editae. IOANNES PITSOEVS, *de peregrinatione*, Düsseldorpi 1604. 8. MATTHIAE BERNEGGERI (*a*) discursus politico-historicus *de*

(*y*) Eximie doctus IOANNES CONRADVS DIETERICVS, quid scripserit perspice ex MARTINI HANKII Lib. II. Part. I. Cap. L. pag. 191. *de Romanarum rerum scriptoribus.* edit. Lipsiae 1675. 4.

(z) Ad artis regulas primus reduxit id argumentum ZWINGERVS. Nouam meretur editionem eo magis, quo rarior iam est huius viri liber.

(*a*) An hominibus illustribus, & quomodo, peregrinandum? BERNEGGERVS disquirit etiam Quaest: CLXXIII. in *Agricol. Tacit.* Id scriptum leges apud THOMAM CRENIVM de *eruditione comparanda* N. XX. pag. 581. Quod reliquum est obseruamus, BERNEGGERI *Obseruationes Historico-Politicas* accensendas esse Bibliothecae nostrae; edit. Tubingae 1656. deinde ibidem 1666 atque Argentorati 1669. 12. Repete ad §. XXX. capitis huius in nota (u) dicta.

de peregrinatione ſtudioſorum, Argentorati atque alii. Praeferendus tamen ſingulis eſt liber egregius Bavdeloti de Dairval *de l'utilité des voyages & de l'avantage, que la recherche des antiquités procure aux ſçavans. à Paris* 1686. 12. qui rei litterariae & antiquitatum quam maxime docet (*b*) habere rationem. Hic tamen defectus hodie eſt, quod pro ſtatu noſtri temporis nullum adhuc habeamus ſcriptorem, qui *rationem peregrinandi politicam* vere deſcripſerit. Nec male tamen applicantur hic, qui exempla peregrinationum rite inſtitutarum deſcripſerunt. Daniel Eremita (*c*) elegantiſſime deſcripſit *Iter germanicum*, quod ipſe cum *Coloreto*, magni Ducis legato, ad Rudolphi II. Imper. aliorumque Germaniae principum aulas inſtituit, (*d*) in *epiſtola, ad equitem Camillum Gui-*

(*b*) Auctiorem emendatioremque editionem accepimus 1727. in 12. Rhotomagi. Adparent in hoc libro expreſſae excellentis ingenii, criticaeque artis eximiae notae. In Diſſertationibus de *Laribus* & *Talisman* ex ſe auctor etiam promit, quod alios delectet, ſeque ipſum laudibus illuſtret. Ne dicam de re nummaria, praeclare ab eo enodata.

(*c*) De quo ſupra §. XXV.

(*d*) Vtilitatem itinerum, a principibus ſuſcipiendorum, apertius confirmarunt M. Io. Christophorvs Colervs in Diſſertatione *de illuſtribus prin-*

Guidum hac de re scripta, licet in eadem acute nimis perstringat quosdam Germaniae principes, aulasque. CONSTANTINI GERMANICI, siue, qui sub hoc nomine latet, PHILIPPI ANDREAE OLDENBVRGERI *epistola ad Iustum Sincerum de peregrinationibus Germanorum recte instituendis*, Cosmopoli prodiit 1668. 12. In hac sane epistola perstringit auctor omnes Germaniae aulas, arcana detegit, vitia notat, etiam, quid boni habeant, exponit; magna tamen libertate. De hoc itinerario LVDOVICVS VERONENSIS *relationem* scripsit *ad Ioannem Henricum Boeclerum*, in qua non solum singula adprobat, sed plenius quandoque exponit. Cui tamen EVSEBIVS FÜRSTENHOLD *examen* suum opposuit 1670. 12. STEPHANVS VINANDVS PIGHIVS, (e) in *Hercule* suo *Prodicio*,

principum iuuentutis peregrinationibus edit. Vitembergae 1714. 4. RVD. AVG. NOLTENII, viri praeclarissimi, Diatribe historica *de Peregrinationibus principum iuuentutis, sereniss. Brunsuico - Luneburgic. quam serenissimo principi Domino Carolo, Duci Brunsuicensi &c. quum diuinis auspiciis in terras peregrinas abiret, cum voto perpetuae incolumitatis, subiectissime sacrat.* Guelpherbyti 1733. 4 Huius libelli argumentum sistunt: *Hamburgische Berichte von gelehrten Sachen* An. MDCCXXXIII. No. XXII. pag. 182. seqq.

(e) MARTINVS HANKIVS de hoc PIGHIO legat[r]
omn[io],

dicio, *Caroli* Cliuiae Ducis vitam & peregrinationem in varias terras descripsit, Argentorati 1609. 8. Quem postea secutus fuit Ioannes Pakenivs, qui in *Hercule Prodicio rediuiuo, Ioannis Wilhelmi*, Comitis Palatini Rheni, iter per Belgium, Angliam, Galliam atque Italiam describit, (*f*) Coloniae Agrippinae 1695. 4. Specialis est Thomas Erpenivs (*g*) *de peregrinatione Gallica vtiliter instituenda*, Lugduni Batauorum 1631.

omnino de *Romanarum rerum scriptoribus*, Libro I. Part. I. Cap. LXXVII. pag. 259. seqq. Andreae Schotti in praefatione Pighii *annalium* Tomo II. praemissa audiamus verba: *Reapse comperi, aliisque spero probabo; nullum aptiorem commentarium ad M. Tullii historica, ad T. Liuii annales, ad Dionysium Halicarnassensem ac Dionem, ad L. Florum, ad scriptorem de viris vrbis Romae illustribus, omnesque adeo Romanarum rerum scriptores, extra hos Pighii annales, nec sperari, ac ne optari quidem posse.*

(*f*) Sunt huius ordinis: *Memoires instructifs pour un Voiageur, dans les divers Etats de l'Europe, contenant des Anecdotes curieuses, très propres à eclaircir l'histoire du tems, avec des remarques sur le commerce & l'histoire naturelle.* Amstelodami edit. 1738. Conf. *Leipziger Gelehrte Zeitungen* anni MDCCXXXVIII. pag. 306.

(*g*) Baillet in *Jugemens des sçavans sur les Principaux Ouvrages des Auteurs* Tom. III. pag. 231. commentatur de vita & libris viri huius immortalis nominis; nec non Hvetivs de *claris interpretibus*. Lib. II. pag. 122. Henningivs Witten. Tom. I. *Memor. Philosoph.* pag. 156.

1631, 12. *De itinere studiosi Theologiae per Italiam*, peculiari dissertatione egit IOANNES FABRICIVS, (*b*) Altorfi 1675. 4. Vt taceamus itineraria per diuersas prouincias, quae tamen potius considerationis sunt vel historicae vel geographicae. (*i*) Liceat auctoribus recensitis, quasi per lancem saturam sequentes adiicere: IOANNIS CASPAR. LOESCHERI diss. *de peregrinationibus litterariis*, Vitemb. 1697. THEODORI BERGERI *de prudentia apodemica*, Lipsiae 1712. qui in praefatione §. VII. alios adhuc nominauit, heic praetermissos. BERNHARDI WINCKLERI *de prudentia apodemica*, Vitembergae 1720. qui Sect. I. Reg. VII. (d) ALBERTI DE CAPRARA, Itali librum commendat inscriptum: *il Chirone itinerante, ouero, instruttione*

(*b*) Inspice quid sit de hoc FABRICIO scriptum in *Bücher-Saal* Tom. IV. pag. 841. & in *der Theologischen Bibliothec* Vol. IV. pag. 364.

(*i*) De itineribus instituendis, plena consilii & summae prudentiae epistola excidit IVSTO LIPSIO, ad *Philippum Lanoyum* data; atque inserta Num. XXI. tractatuum de *Eruditione Comparanda*, collectorum a THOMA CRENIO pag. 585 seqq. Ibidem Num. XXII. reperiuntur GEORGII RICHTERI IC. litterae ad *Leonhartum Grundherrn*, *Albertum Poemer* & *Georgium Scheurl*, pag. 590. seqq. argumentum illud latius deducentes. Legi meretur etiam BOVHOVRSIVS in *Pensées Ingenieuses des anciens & des modernes* pag. 137.

ne per vn Aio, destinato ad assistere ai viaggi de' Prencipi giovani; schediasmati, quod *Insegnamenti del vivere* vocauit auctor, subiunctum, & Venetiis 1688. 8. typis exscriptum; Christiani Gveinzii diss. ethico-politicam *de peregrinatione recte instituenda*, Halae Saxonum 1638. 4. & denique Ioannis Ioachimi Zentgravii *de peregrinatione academica*, Argentor. 1695. Arndivs in *bibliotheca politico-heraldica*, Classe XV. pag. 437. scriptores *apodemicos* & *hodoeporicos* selectos laudat. Addi adhuc possunt Hilarii Pirckmaieri commentarius *de arte Apodemica*, Henrici Ranzovii *methodus apodemica*, (k) Davidis Froelichii *Viatorium*, Petrvs Molinaevs *de peregrinatione*, Samvelis Zwickeri *breuiarium apo-*

(k) Henrici Ranzovii *methodus apodemica* totum terrarum orbem peruolitauit, vti reliqua herois istius ingenii monimenta; curante Crenio illa recusa fuit loco XVIII. Collectionis de *eruditione comparanda*, modo memoratae pag. 557. Breuis quidem est sed neruosa & efficax, dispesciturque in partes quarum nomina sunt: Cosmographica, Astronomica, Geographica, Chorographica, Topographica, Georgica, Nautica, Politica, Scholastica, Ecclesiastica, Historica, Chronologica. Eadem res ingenium Io. Henrici Alstedii exercuit, cuius epistola ad Iosvam von der Tann in citata collectione lectitari potest pag. 572. seqq.

podemicum, GODOFREDI ZAMELII *ſtudioſus apodemicus*, IOSEPHI HALL tractatus: *wo geheſt du hin? oder Straff-Vrtheil über das Reiſen*. THOMAE SAGITTARII diſſ. *de peregrinatione*, MELCHIORIS IVNII, IOANNIS BLVMII, IOANNIS ABRAHAMI DE SALHAVSEN, SIGISMVNDI L. B. DE HERBERSTEIN (*l*) *orationes de peregrinatione*, & cl. viri CASPAR. GOTTSCHLINGII diſſertatio *de ſcriptoribus hodeporicis*. Lectu digna quoque eſt diatribe GEORGII NICOLAI KRIEGKII *de peregrinationibus Romanorum Academicis*, Ienae 1704. (*m*)

§. XXXIII.

Commemorandi denique paucis illi adhuc veniunt, qui prudentiam viuendi vniuer-

(*l*) Conf. WOLFGANG LAZIVS *de Gentium migratione* Lib. VI. paſſim.

(*m*) Quiuis per otium conſulat NICOLAI BARTH. *exercitationem academicam de peregrinatione veterum ſapientum eruditionis ergo ſuſcepta*, Lipſiae 1679. 4. M. IACOBI diſſertationem de eodem argumento, Ienae 1705. 4. conſcriptam. CELLARIVM paſſim in *diſſertationibus academicis*, & praecipue THOMAM CRENIVM Tom. III. *Methodor*. pag. 63. ſeqq. *Lettres ſur les Anglois & les François, & ſur les Voyages* Coloniae 1725. in 8. ſecunda editio ibidem 1727. prodiit, cui inſcripta ſunt haec verba: *On y a joint l'Apologie du*

uerſalem, ſiue politicam priuatam tradere inſtituerunt. (*n*) Antiquioris equidem aeui ſcriptores varia paſſim momenta adtigerunt, ad hanc doctrinam ſpectantia. Sed adtigerunt ſaltim; noſtroque demum ſeculo diſciplinae huius ſolidius atque plenius excultae gloria relicta fuit. (*o*) Scilicet primus iti-

du Caractere Anglois & François, avec la Defenſe de la VIe Satire de Boileav *& Iuſtification du Bel-Eſprit. François.* Notiſſimus autem liber, ferens titulum: *Europäiſche Reiſen*: politicas plane non continet regulas, ſed Geographiae eſt breuiarium, ſaepe recuſ. vt & nuper Hamburgi 1729. 8.

(*n*) Ad horum numerum reuocamus Anonymi: *Methode facile pour être heureux en cette vie, & aſſurer ſon bonheur éternel*, Pariſiis 1727. 12. ſed ex ab ditis politicae fontibus, aut nihil aut parum hauſit auctor.

(*o*) Lectores ablego ad Charronem; librorum ab atheis confectorum numerum quidem obeunt: *De la Sageſſe trois Livres par* Pierre Charron *Pariſien Docteur en Droicts* edit. 1621. in 8. nihilominus locum obtinent inter ſcripta de prudentia rerum vniuerſali, vtiliſſima; quaeque a Politicis ſemper circumgeſtantur. Conf. Sinceri *Nachrichten von alten vnd neuen Büchern* Tom. I. pag. 213. Praxis vero non tam dilucide ab auctore eſt expoſita, quam contemplatiuae prudentiae regulae: v. c. media adfert, quibus ea vis haud eſt, vt in actionibus felicitatem ingenerare poſſint, id quod probe etiam animaduertit Bvffier in *Cours de ſciences* l. c. add. *Journal des Sçavans, Août*, 1732, pag. 475.

itidem heic signum sustulit CHRISTIANVS THOMASIVS, conscriptis & Halae 1705.4. vulgatis *primis lineis prudentiae consultatoriae, in quibus docetur, quid sit prudentia, quid consultatoria; qua ratione ea ad ICtos pertineat; quid obseruet prudentia, tam in dirigendis actionibus propriis, in conuersatione quotidiana & selecta, in societate domestica & ciuili, quam quoad ipsa consilia aliis danda & ab iis petenda, fere vbique ex sensu communi deductis.* Secundum prodierunt Halae 1710. & tertium variis notis auctae 1721. Exstant etiam vesionis germanicae a GEORGIO BEYERO adornatae editiones tres, sub titulo: *Kurtzer Entwurff der Politischen Klugheit, sich selbst vnd andern in allen menschlichen Gesellschafften wohl zu rathen,* Francof. 1707. 1714. & 1720. 8. Tertia, quod notas editionis latinae vltimae simul exhibet, praeferenda reliquis est. Vestigia illius legit CHRISTOPHORVS AVGVSTVS HEVMANNVS in libello politissimo, quem *Politischer Philosophus, das ist, Vernunfft-maessige Anweisung zur Klugheit im gemeinen Leben,* Lipsiae 1714. & 1724. 8. (*p*) inscribere ipsi placuit.

(*p*) Hunc celeberrimi Heumanni librum, rationibus conuellere *Anonymus* adnitebatur, in schediasmate titulum ferente: *Kurtze und gründliche Anmerckungen über Herrn Christoph August Heumanns*

so

placuit. Et poſt hos denique Ivlivs Bernhardvs de Rohr (q) nominandus eſt, cuius *Einleitung zu der Klugheit zu leben*, Lipſiae 1715. 8. (r) prodiit. Reliquos *de decoro, methodo conuerſandi,* atque *arte aliorum animos cognoſcendi,* ſcriptores, &, ſi qui huius claſſis ſunt alii, iam *Capite* I. huius voluminis commendatos fuiſſe meminimus. (s) Omiſſum vero ſimul recordamur Hie-

ſo genannten politiſchen Philoſophum, welche bey Durchleſung dieſes Tractats, hin und wieder groſſes Licht geben können: Verum non percurram fallaces concluſiunculas aduerſarii; remittimus lectores potius ad *Acta Eruditorum German.* Part. xxvi. pag. 155. ſeqq. vbi de iis diſpicitur.

(q) Pronunciant de hoc opere generoſiſſimi de Rohr, Collectores *Actorum Erud. Germ.* Part. xxxix. Num. III. pag. 170. ſeqq.

(r) Eodem anno Lipſiae prodiit: *Sittenfreunds Kunſt zu leben, oder Vernunfftmäſſiger Vnterricht, nach welchen ein junger Menſch bey allerley Geſellſchafft ſich klug vnd höflich auffähren ſoll.* 8. cuius auctor plurimarum rerum vſu ſpectatus, ſcripſit. Accede ad ignem hunc, iam caleſces plus ſatis.

(s) Anglorum *Gentleman inſtructed*, cuius octo exſtant editiones, manibus iuuenum teratur; gallica verſio inſcripta eſt: *Deveirs des Perſonnes de Qualité traduit de l'Anglois* Pariſiis II. Tom. 12. qui quidem titulus non reſpondet anglico idiomati: ne vero lector vniuerſa tamquam eiusdem commatis recipiat, gloſſamque eſſe credat

HIERONYMI CARDANI librum singularem *de prudentia ciuili*, Lugduni Bat. 1627. 12. sub titulo: *Arcana politica* magis notum, saepiusque recusum. Editionem, quam diximus, Lugdunensem, resecta dedicatione atque praefatione, titulo *Proxeneta* seu *de prudentia ciuili* liber, recens in lucem protractus & e tenebris erutus, recudi curauerunt *Elzeuirii* fratres Amstelodami 1635. 12. & dedicationem ad *Adolphum Vorstium*: Medicum summum, praemiserunt. Cetera nihil plane duae hae editiones discrepant, conf. *les Memoires de litterature de Mr.* SALLENGRE, Tom. II. Part. II. Artic. VIII. pag. 107. seqq. CARDANI autem *de vita propria* liber, obstetricante (*t*) NAVDAEO Parisiis 1613.

contortam, obseruandum est, eum in finem illum ita esse redditum, quoniam vtriusque sexus officiis, & prudentiae regulis omnibus auctor facem praetulit. Omni liberali doctrina politissimus FRIDERICVS GENTZKENIVS, instituit denique opus s. t. *Kurtze Anweisung glücklich zu leben*. Hamburgi 1732. 8. quod studiose lectitatur.

(*t*) CARDANI de *propria vita* liber, ex Bibliotheca Gab. Naudaei, cum eiusdem iudicio de Cardano, & praefatione ad Aelium Diodatum I. C. & Philosophum clarissimum Parisiis 1644. exiit; praemissum est etiam Naudaei iudicium, operibus Cardani 1663. Lugdun. in fol. editis. Scriptores reliquos de Cardano supra indicauimus;

1613. 8. prodiit, recusus Amstelodami 1654. 12. Opera vero eiusdem omnia decem tomis comprehensa Lugduni 1663. fol. excusa sunt. Legisse iuuabit, quae Thomasius in *Orat. Academ.* pag. 19. sequ. & Fellerus in *monimentis ineditis*, Trimestri V. pag. 542. *de Cardano* eruditorum iudicia collegerunt.

mus; Partis huius Cap. I. § xxviii. pag. 120. add. liber qui titulum fert: *Du Destin, par Mr.* Le Fehore *Prevost & Theolog. d'Arras, cydevant Aumonier & Predicateur de la Reine* edit. *à Lille* 1688. 12. passim.



CAPVT III.

DE
SCRIPTORIBVS IVRIS NATVRAE ET GENTIVM.

§. I. *Scriptores de historia Iuris Naturae & Gentium.* §. II. *Editiones Grotianae.* §. III. *Commentatores in Grotium.* §. IV. *Introductiones in Grotium.* §. V. *Reliqui scriptores, qui maiora Systemata Iuris Naturae ediderunt, Seldenus maxime, Pufendorffius atque Thomasius.* §. VI. *Scriptores, qui Compendia Iuris Naturae ediderunt.* §. VII. *De Wolfii Iure Naturali huiusque sectatoribus.* §. VIII. *Hobbesius de ciue, eiusdemque aduersarii & defensores.* §. IX. *Scriptores Speciales de Iure Naturae.* §. X. *Scriptores Iuris Gentium,* §. XI. *Scriptores de Dominio Maris.* §. XII. *Scriptores de Iure Belli, & Collectores corporis iuris gentium.* §. XIII. *Scriptores de Iure Legationum.*

§. I.

Naturae & Gentium iura veteres olim ex obseruantia potius diiudicabant, quam ex scriptis. Quare non erit, quod miremur in philosophia antiquiori nihil reperiri, quod ad hanc partem ducamus. Ipsi tamen gentium mores placita quaedam, quasi communi consensu recepta, firmarunt. Spectant huc, qui *historiam Iuris naturae & Gen-*

Gentium dederunt. Talem habemus IOANNIS GROENINGII, quae praemissa est PVFENDORFFII tractatui *de officio hominis & ciuis*, Holmiae 1701. 12. nimium tamen breuis est, & in multis generalis, quum ad moralia aeque possit adplicari. Eiusdem est *Bibliotheca Iuris Gentium exotica*, (*a*) seu de Iuris

(*a*) Non est tacenda IOANNIS GROENINGII *Bibliotheca Iuris Gentium Europaea*; seu de iuris naturae ex gentium principiis iuxta doctrinam Europaeorum Libri III. Vtriusque iuris incunabula, & vsum apud quosuis Europae populos; scriptores & sectas, veterum & recentiorum philosophiam; communes vulgi errores, dogmatum praecipuorum fontes & successiones; vt & philosophemata rectiora exhibentes. Hamburgi 1703. 12. Haud conspurcabimus laudes viri huius, quamuis censoriam falcem multorum experiatur, nec parum deflectat a veritate in diiudicandis aliis. Audiamus verba eius, ex quibus quilibet Groningium poterit cognoscere: *Vt labor fructuosus esset*, inquit, in discursu praeliminari pag. 5. *nullibi deesse velut*. Iter litterarium per mare ,,per terram institui. Nec dubitaui euadere arenosas ,,Africae vastitates, accedere Arabiae desertae fines, ,,& quosuis remotiores populos alios vel nomi-,,ne saltem notos. Nec destiti schedas antiquo-,,rum cum tineis ac blattis partim colluctantes ,,discutere, eorum sententias tanto tempore ,,neglectas e vetustatis situ eruere, atque ex squa-,,lore & tenebris protractas velut postliminio ,,asserere in lucem, atque conspectui oculisque ,,omnium exhibere. Obfirmato tandem in fer-,,ream tolerantiam animo, suscepi euoluere re-

 ,,cen-

Iuris naturae & gentium principiis, iuxta doctrinam Asiaticorum, Africanorum & Americanorum, liber vnus. Praemittitur discursus de varia vtilitate ex bibliotheca iuris gentium capienda. Hamburgi 1703. 8. Quod autem *Polyhistor Iuridicus*, Morhofiana methodo elaborandus, quem promisit olim GROENINGIVS, non prodierit, minime dolebit, cui hanc *bibliothecam* inspiciendi occasio fuit. Speciatim ad Ius Naturae facit IOANNIS FRANCISCI BVDDEI *historia iuris naturalis*, cum PHILIPPI REINHARDI VITRIARII *Institutionibus Iuris naturae & gentium* primum Halae edita 1701. 8. & auctius multo in *Selectis Iuris Naturae & Gentium*, Halae 1704. 8. recusa. ERICVS MAV-

„centiorum libros; passim mole conspicuos, „quamuis haud pari sale refertos. Perlustraui „omne scriptorum genus, praecipuos ex Theo- „logis, ICtis, Philosophis, tam scholasti- „cis quam electicae philosophiae cultoribus, tam „friuolarum quam solidarum quaestionum arti- „fices, vt quid hi de iuris naturae & gentium „indole atque principiis sparsim tradidere, co- „gnoscerem, atque dispersa eius membra in v- „num colligerem: Cui bono? isti praesertim, „vt dispulsis nebulis veritas in abdito, tanquam „in puteo Democriti latens vindicaretur, atque „affereretur in lucem. „ Quae bilem mouere „possunt reliqua, haud adponere libet. Id tantum de hoc auctore pronuncio: *Dat veniam coruis vexat censura columbas.*

Mavritivs in *specimine dissertationum de principiis Iuris publici*, quod Tubingae prodiit 1665. 4. variarum gentium & philosophorum sententias de iure naturae explicat. Addimus (*b*) Ioannis Ioachimi Zentgra-

(*b*) Addimus Lavrentii Arnoldi *collationem philosophiae moralis cum iure scripto*, Francofurti 1601. 4. Bernhardi Klepperbein *Vernünfftige Einigkeit des natürlichen vnd bürgerlichen Rechts*, Lipsiae 1714. Io. Andr. Hochstetteri *Collegium Pufendorf.* Exercit. I. §. XVIII. seqq. M. Danielis Ringmacheri disp. *de iuris naturalis vtilitate, indole & constitutione*, Vlmae 1707. 4. Instructissimi eruditione omni Christiani Godfried Hofmanni, Programma *de origine & caussis querelarum de corrupta Iurisprudentia*. Lipsiae 1718. Iungi iis possunt Io. Iacobvs Mvllervs in *Commentatione in Guilielmi Grotii Enchiridion de principiis iuris naturae*; Propaedeum. §. XI. pag. 8. sqq. Praecipue autem huc pertinet *Bibliotheca iuris imperantium quadripartita*, siue *commentatio de scriptoribus iurium, quibus summi Imperantes vtuntur, Naturae & Gentium, Publici vniuersalis & principum priuati*, Norimbergae 1727. 4. edita. Politissimum doctrina virum, Moservm, auctorem huius libri esse, collectoribus *Actorum Eruditorum* Anni MDCCXXVII. Mense Aug. venit in mentem; vid. etiam *Leipziger Gelehrte Zeitungen* eiusdem anni Num. XLVII. pag. 748. Sed Moservs ipse Parte I. *des erläuterten Würtembergs* pag. 307. declarauit, coniectura eos aberrasse; confirmauit id in libro cui index: *Relationes von gelehrten Neuigkeiten worinn ein Extract*

GRAVII *de origine, veritate & immutabilitate Iuris naturalis* tractatum, Argentorati 1678. 8. IACOBI FRIDERICI LVDOVICI (c) *delineationem historiae Iuris diuini naturalis & positiui vniuersalis*, Halae 1701. 4. recusam auctius atque emendatius ibid. 1714. 8. IOANNIS BARBEYRACII *historiam Iur. Nat.* in praefatione *gallicae* libri *Pufendorffiani de Iure N. & G.* versioni Amstelod. 1706. & 1712. praemissa expositam. IOANNIS NICOLAI HERTII commentationem *de iurispruden-*

Extract aller in Teutschland, Holland, Engelland, Franckreich, Italien &c. in allerley Sprachen herauskommenden gelehrten Journale, &c. Part. XI. pag. 774. sub finem. Praeterea ADAM. FRID. GLAFEY *bibliothecam Iuris naturae & gentium* addidit *dem Vernunfft- und Völcker-Rechte*, Francofurti & Lipsiae 1723. 4. Vberior huius commentatio dici meretur eiusdem *Vollständige Geschichte des Rechtes der Vernunfft* edit. Lipsiae 1739. 4. Conf. *Acta Erud. Germ.* P. CCXXXVII. Art. II. pag. 636. & denique addi potest LAVRENTII REINHARDI *historia iurisprudentiae naturalis*, quae prodiit Lipsiae 1725. 8.

(c) Perpaucissimorum vestigiis inambulauit celeberrimus LVDOVICI, in condenda historia iuris naturalis, facile igitur condonari potest, si subinde fallit inter primos scriptores classis huius referendus auctor; quum fallamur omnes. In praefatione ad editionem secundam, Ludouici venerandum Reimannum impugnat, qui in *Introduct.* in *Histor. Litterar. German.* Sect. vlt. pag. 107. sq. non vbique ei suffragatur.

dentia vniuersali, quae *opusculis* inserta legitur Francof. 1700. editis. (*d*) Sect. I. §. XXVIII. seqq. Immanvelis Proelei *historiam* I. N. *Annotationibus germanicis in Pufendorffium de officio hominis & ciuis*, Lipsiae 1709. & 1718. 8. praefixam. (*e*) Christiani Thomasii *historiam* I. N. *paullo pleniorem*, Halae 1719. 4. vbi, quae de hoc argumento in praefatione *vernaculae* Grotii *versioni*, Lipsiae 1707. 4. praemissa scripserat vir illustris, supplentur. (*f*) Ioannis Balthasaris Wernheri diss. *de praecipuis nonnullis Iuris nat. scriptoribus*, Lipsiae 1699. 4. Gottlieb Stollii *hist. erudit.* Tom. III. Cap. II. pag. 628--658. Georgii Andreae Vinholdi (*g*) *notitiam scriptorum Iuris naturae quorundam elogiis decoratam*, additam libello, quem *collationem & con-*

(*d*) Recusa sunt Hertii opuscula ibidem 1716. 4.

(*e*) Consultissimus D. Beyervs in praefatione ad *Delineationem iuris feudalis*, promisit etiam *Historiam iuris vniuersi diuini & humani*; quam vero nunquam prodiisse, credimus.

(*f*) Primas lineas historiae iuris naturalis, in chartam iam coniecit Thomasius an. 1694. praefationi *paullo plenioris historiae Iuris Naturalis* insertas pag. 2. sqq.

(*g*) Iuris Naturae compendium exarauit quoque Vinholdvs, inscriptum: *nouum & hactenus nunquam visum*: Conf. *Bibliotheque Germanique* Tom. IX. pag. 226.

conciliationem omnium principiorum, quae scriptores diuersi fouent, Lipsiae 1723. 8. Io. denique GEORGII WALCHII *Introduct. in philos.* Lib. II. Cap. VI. pag. 457--481. Subiungimus his scriptores *historicos speciales:* MICHAELEM FOERTSCHIVM, cuius differt. *de philosophia morali & Iurisprudentia naturali christiana, veterum ecclesiae doctorum*, subiuncta est AMBROSII (*b*) libro *de officiis*, a beato viro edito Studgardiae 1699. 4. NICOLAVM PRAGEMANNVM, quem *Specimen tractationis de meritis Germanorum in iurisprudentiam naturalem* edidisse constat Ienae 1718. 8. IOANNEM FRIDERICVM WVCHERERVM, qui differt. *de nonnullis iuris naturalis scriptoribus*, Ienae 1706. conscripsit; IACOBVM GVILIELMVM FEVERLINVM, qui *de iure naturae Socratis* Altorf. 1719. differuit, & plures alios. (*i*) Quum denique omnes,

(*b*) Ciceronem secutus, tres de officiis libris AMBROSIVS confecit; sed conf. de eo reliquisque patrum scriptis, huc facientibus, ALSTEDIVM *Encyclopaed.* Lib. XXXV. Sect. II.

(*i*) Spectant huc Io. BOCRISII *Ius naturae Rabbinorum de officiis*, Ienae 1714. 4. Io. FRID. HOMBERGK ZV VACH *Themis*, s. *de ortu legis aeternae secundum sententias Graecorum*, Marburgi 1723. 4. (vid. *Gelehrte Zeitungen* 1726. pag. 746.) De principio iuris naturae conf. etiam GEORG. CHRIST GLOCAVENII *specimina*

omnes, quae ſub philoſophiae ambitu comprehenduntur, diſciplinae graeco nomine gaudeant, exiſtimauit clariſſimus Avgvstinvs Grischovivs in *Introduct. in philoſ. general.* Cap. I. §. VIII. pag. 9. & huic diſciplinae tale dari poſſe, illamque *Nomicam* appellari: ignoramus vero, num aliquis ſcriptorum ſuo calculo hoc conſilium probauerit.

§. II.

Pater quaſi ſcriptorum Iuris naturae & gentium habetur Hvgo Grotivs. (k) Non

cimina hiſtorico-philoſophica de iuris naturalis principio, hiſtoria & defenſoribus. Regiomont. 1732. Ius naturae denique reliquorum, quae colimus, omnium perpetuum comitem eſſe, probauit vir praeclariſſimus Godofredvs Sellivs, in programmate 1735. in hac academia impreſſo: cui iunge Francisci Alef, ICti, & Profeſſoris Iuris ordinarii Heidelbergenſis, diſputationem inſcriptam: *Herculis Iuridici extra biuium poſiti linea recta, hoc eſt Iuris naturae immota principia*, Heidelbergae 1735. impr. nec non Io. Gottl. de Hackemann Commentationem, de *iure naturae genuino iurium reliquorum parente* Helmſtadii excuſ. 1737. 4.

(k) Auctoris noſtri *Bibliothecam Iuridicam*, illaudatam hic dimittere non poſſumus; quum de Grotio in ea nonnulla occurrant, ad quae ablegamus lectores, praecipue Cap. III. §. IV. pag. 65. ſeqq. Cap. XII. §. IV. pag. 42. ſeqq. edit. Ienae 1703.

Non vero sine causa addita est haec particula; (*l*) Enimuero ante (*m*) *Grotium* BENEDICTI WINCLERI (*n*) liber vtilissimus

(*l*) PETRVS BELLINVS *de iure militari in Oceano iuris*, bonae frugis librum ante exarauit, quam Grotius manus operi suo admouerit; eum autem nec Grotio, nec auctori nostro innotuisse opinor; quum is de ipso non fecerit mentionem, multo minus autem Struuius noster. Omnium vero primus librum conscripsit NICOLAVS HEMMINGIVS *de lege naturae*, *apodictica methodo* concinnatum Vitembergae 1564. 12. Qui quidem scriptor in definitionibus, tanquam in fasciculis intra transennam comprehensas & conuolutas res proponit, deinde easdem explicaturus analysin instituit, praeterque alia multa, quisnam finis sit hominis, quae principia legis naturae edisserit; vnde moralis philosophiae & iuris scientiae prima stamina quasi deducit, adhibita amussi quae est demonstratio. Licet vero abhorreant a veritate multa in hoc libro, tamen facem praetulit nonnullis auctor.

(*m*) Quod inter fastigia votorum erat perillustris FRANCISCI BACONI DE VERVLAMIO, vice comitis S. Albani, & summi Angliae cancellarii, inpleuit Grotius; Iustitiae enim vniuersalis scientiam eum & requisiuisse, & axiomata nonnulla, pariter ac Digestorum publicorum specimen quoddam delineasse, adparet ex praeclaro libro de *Dignitate & augmentis scientiarum*; operum latine Amstelodami editorum 1730. in VII. Vol. Tom. I. pag. 519. seqq. Conf. *Sermones fideles* p. 279. seqq.

(*n*) Exemplis ad nauseam vsque Wincklerus impleuit librum; ad noscenda genuina principia animos lectorum non vertens.

mus *de principiis iuris* a. 1615. prodiit, de quo LVDOVICI *hist. iur. nat.* §. XXIV. pag. 40. & THOMASIVS *hist. iur. nat. plen.* pag. 68. seqq. consulendi sunt. Immo ipse GROTIVS in *prolegomenis* nominat, qui ipsum praecesserint, licet non recto semper itinere. Hic vero GROTIVS *de Iure Belli & Pacis* (o) libros III. conscripsit, quorum ob iudicii neruum, ingenii acumen, atque exemplorum commode adductorum copiam, aestimatio est maxima; licet etiam in iisdem animaduertantur nonnulla, quae vel non satis discussa, vel non ab omnibus sunt adprobata. Praeter alios summi viri biographos quam plures, consuli potest IOANNIS IACOBI SCHVDT *vita* H. *Grotii succinctim narrata, variisque rerum memorabilium adnotationibus illustrata*, Francofurti 1722. 8. Nuperis nundinis *anonymi*, (p) (quem LEHMAN-

(o) Opus hoc *ius naturae* & *gentium* vocare GROTIVS constituerat, mutauit vero propositum, forsan ista graui de caussa, vt magnifico titulo *iuris belli & pacis*, principes ipsos permulceret alliceretque. Coniecturam hanc tulerunt permulti; en HENNINGESIVM in *Obs.* ad *Titul. Oper. Grotiani.*

(p) Neruose & efficaciter Anonymus de Grotio scripsit in libro: HVGONIS GROTII *Belgarum phoenicis manes ab iniquis obtrectationibus vindicati.* Integritatem doctrinarum, a Grotio in Theologia propugnatarum, euincere idem adniti-

ti-

MANNVM vocari fama est) *Vindiciae Grotianae*, Delphis (seu potius Lipsiae) 1728. 8. vulgatae sunt, in quibus itidem varia ad GROTII historiam pertinentia enarrantur. (q) Prima libri Grotiani editio Parisiis apud *Nicol. le Bon* prodiit a. 1625. 4. Inter editiones commodiores habenda est, quae cum notis ad textum accommodatis cura IOANNIS FRIDERICI GRONOVII (r) excudebatur, Amstelodami 1686. & 1712. 8. (s) Postea

titur, cuius nomen detectum est in praefatione ad *Gelehrte Zeitungen* Anni MDCCXXVII. Vid. etiam *Fortgesetzte Sammlung von alten und neuen Theologischen Sachen* An. MDCCXXX. II. *Beytrag*. Num. X. (*neues*.)

(q) CASPAR BRANDT, Grotii vitam inde a suscepta legatione apud Gallos enarrare coepit, ad finem vero, siue ad mortem vsque perduxit biographiam ADRIANVS VON CATTENBVRG in duobus voluminibus in fol. vid. *Nieder Sächsische Nachrichten von gelehrten Sachen*, MDCCXXXI. Num. XCVII. pag. 792. Add. de fatis & scriptis Grotii *Obseruationes Halenses* Tom. VII. Obseru. XV. pag. 330. CLARMVNDVS in *vitis clarissimorum virorum* Part. III. Num. XII. pag 104. seqq. & prae ceteris LOVIS AVBERY, *Chevalier Seigneur de Maurier* in *Memoires pour servir à l'Histoire d'Hollande & des autres Provinces unies* passim.

(r) GRONOVIVS paraphrasin perpetuam confecit, locaque auctorum, a Grotio non rite indicatorum, restituit; philosophi vero partes nec tuitus est in notis, nec alibi.

(s) Editio, quae Amstelodami 1662. 8. prodiit, sub o-

ſtea Ioannes Christophorvs Becmannvs aliam procurauit cum propriis atque aliorum notis excerptis, Francofurti ad Viadrum 1691. & 1699. 4. Hic autem in contrahendis excerpendisue aliorum notis, (t) haud aequum vbiuis exhibuit iudicium. Prodiit poſtea alia editio, cura Gothofredi Spinaei, Lugduni Batauorum 1696. 4. in qua continentur Ziegleri, Osiandri atque Gronovii notae, ſaepe tamen illae ipſae, quas excerpſit

oculis Grotii fuit typis exſcripta; deinde ibidem 1667. omni cura recuſa eſt, quam etiam illuſtris Christianvs Wolfivs, ſequutus eſt in noua editione Marburgenſi elegantiſſima, cui Wolfii praefatio acceſſit, Marburgi 1734.

(t) Ingens ſane gloſſarum numerus nouas produxit, & ex commentariis alii nati ſunt, ita vt in votis merito noſtris ſit, vt conſilium de conſcribendis eiusmodi commentariis abiiciatur, ne Grotii talia ſint fata, qualia iuris Romani, de cuius gloſſis Cviacivs in *Praef. Paratitl.* ad *π*. *Haec quum non explerent*, inquit, *obtuſiora ingenia, nec ſatis ius illuſtrare viderentur, ſuperuenere alii, qui non mutato nomine gloſſas auctiores redderent, quam pateretur ipſum Gloſſarum nomen, atque ita paulatim Gloſſae grauidae factae, quaeſiuerunt ſibi liberos, ingentes, immanes, inſanos commentarios.* Conf. Groeningivs in *Bibl. Iur. Gent. Eur.* Lib. III. Cap. V. §. XX. pag. 233.

ſit *Becmannus.* Hoc vero inſtitutum, propter mortem auctoris, tantum vsque ad librum II. Cap. IV. fuit perductum. IOANNES GEORGIVS SIMON, (*u*) *Grotium* cum notis edidit, Ienae 1672. 4. ſaepius recuſum, quae tamen potius ex Scholaſticis & Moraliſtis fuerunt conſarcinatae. Longe praeſtantior eſt editio IOANNIS TESMARI, (*v*) & VLRICI OBRECHTI, quae 1696. f. prodiit. Teſtatus in hiſce fuit TESMARVS ingenii acumen, atque ſtili elegantiam, multa quoque illuſtrauit ex antiquitatibus; OBRECHTVS vero plura ſolide decidit, licet quandoque a Grotio diſſentiat. Addenda adhuc editio GERHARDI VAN DER MÜLEN, Vltraiecti 1696. f. in qua propria adnotata adiecit, potiorem tamen partem faciunt notae *Gronouii* (*w*) Re-

(*u*) Summatim, & velut per compendium, ius naturae, ad ius publicum poſitiuum gentium adplicatur a Simone; ſed non cum caritate memoriam Grotii vſurpat auctor, claſſicum aduerſus eum non raro canens, irrito licet conatu, quoniam dubia eius grauitate ſe haud commendant.

(*v*) TESMARVS & OBRECHTVS ad praeſens argumentum conferunt plurima; reliqui enim omnes fere commentatores inſiſtunt eorum veſtigiis; licet Obrechti diſcurſus ſint extemporanei. De Obrechto ſigillatim tu confer *Memoires de Trevoux* Part. II. An. MDCCI. *Nov.* & *Decembr.*

(*w*) Grotio non vbique adſtipulatur VAN DER MVELEN;

Recentissima eademque praestantissima atque emendatissima omnium est, quam Amstelodami 1720. 8. exscribi curauit cel. Ioannes Barbeyracivs. In gallicum sermonem *Grotium* transtulit Antonivs Cvrtinvs, Parisiis 1687. 4. Amstelodami 1688. 8. & Hagae Comitum 1703. 8. (x) Sed praeferenda huic longe est, quam vir celeb. Ioannes Barbeyracivs dedit, &

len; inprimis a sententia eius discedit, si de potestate principum summa in subiectos, quaestio instituitur; hanc enim Grotius admittit; van der Muelen autem restringit, cancellisque includit arctioribus. Ceterum de *iuris naturae origine* Dissertationem idem van der Muelen elaborauit, quam Simon Henricvs Mvsaevs in sobriam philosophiam impingere adseruit, editis *Vindiciis iuris naturae paradisiacis*; grauiter vero & calumnias, & errores Musaei, ab isto esse depulsas in peculiaribus scriptis, constat. Legere conuenit de hoc dissensu G. V. M. *Defensionem Dissertationis de Origine iuris naturalis*, oppositam Simonis Henrici Mvsaei D. & in academia Kilon. Iur. Nat. & Gent. Prof. Vindiciis iuris Nat. Paradis. contra praedictam dissertationem editis. Vltraiecti 1687. 12. Non miramur, quod fata eiusmodi presserint von der Mvelen, quoniam his verbis fuerit vsus: *Vt tutissimi mortalium vitae integri, scelerisque puri, nullas leges naturales habuere primi parentes.* Quae sane verba diuersa ratione explicari possunt.

(x) In naeuos interpretationis Covrtini, in versione Gallica operis Pufendorfiani, statim in limine

& tam ipsius *Grotii* notis, antehac numquam gallice lectis, quam propriis adauctam, ac Britanniae regi GEORGIO I. inscriptam publicari iussit Amstelodami 1724. II. Vol. 4. Anglica versio huius libri, cum auctoris vita ex BAILIO traducta, prodiit Londini 1715. (*y*) III. Volum. 8. Duplex etiam exstat germanica versio, vna cum praefatione illustris THOMASII, (*z*) Lipsiae 1707. 4. altera interprete IO. NICOLAO SERLINO, Francof. 1709. fol. edita est. Ceterum de versione Suecica, Anglicis duabus & Belgica, lege *Acta erudit. german.* Part. XCVI. pag. 844. seqq. (*a*).

§. III.

§. xxx. Barbeyracius stilum exacuit. *Je ne dis rien*, inquit, *de la barbarie, de la dureté, & de l'obscurité de son stile, mais il y a un grand nombre de fautes essentielles, qui font dire à Grotius tout autre chose, que ce, à quoi il a pensé* &c. Sed & altera pars audiatur, nimirum COVRTINI laus, meritaque praeclara, exposita in *Histoire des Ouvrages des Sçavans par* Mr. B. Ann. MDCLXXXVIII. Artic. XII. pag. 119.

(*y*) Idem opus Grotii Anglice prodiit 1682. fol. interprete WILHELMO EVATS.

(*z*) Transtulit hanc editionem SCHÜTZIVS.

(*a*) Breuiter & adstricte, sed neruose disputata de scriptis Grotii, vid. in Programmate IVSTI CHRISTOPH. BOEHMERI *Disputationibus XV. Grotianis publice instituendis* praemisso, Helmstadii 1703.

§. III.

Separatim vero alii in Grotivm fuerunt commentati. Lege Io. Arndii Dantiscani, *Specimen de* H. *Grotio a commentatoribus* I. B. & P. *aliisque immerito vapulante.* Rostoch. 1712. 4. *Ex ICtis* egit illud Caspar Zieglervs in *Animaduersionibus* suis, (*b*) Wittebergae 1666. Lipsiae 1686. & Argentorati 1706. 8. Eidem quidem contrarius est Henricvs Henniges (*c*) in *obseruationibus politicis & moralibus in H. Grotium,* Solisbaci 1673. 8. sed Zieglerum non bene intellexit vbique, quare etiam ab ipso neglectus est. In ICtorum numero (*d*) quidem

1703. 4. Inprimis vero illustris de Mavrier in *Memoires pour servir à l'Histoire d'Hollande.* Sigillatim de iure belli & pacis legatur pag. 411.

(*b*) Ziegleri animaduersiones, continent variae lectionis & scientiarum praesidia, nec non theologorum doctrinam; in depellendis enim erroribus, Arminianismum redolentibus, totus est Zieglerus.

(*c*) Calamum & ingenium contra Limnaeum, Struuium, Zieglerum & plures alios exercuit Henninges. Quum & cicutam nosse hortulani intersit, non reiiciendum plane est auctoris huius institutum, quo aduersariorum innumerorum sententias collegit, partimque redarguere est adnisus.

(*d*) Vir non promtus ingenio tantum, sed vsu etiam exercitatus, perillustris Henricvs de Cocceii

dem erat IOANNES A FELDE, (e) licet quoque inter philoſophos partem capiat. Hic *notata ad Grotium* dedit Amſtelodami 1653. 12. recuſa Ienae 1663. 12. contra quem in *ſtricturis* ſuis diſputauit THEODORVS GRASWINCKELIVS, (f) Lugduni Batauorum 1654. 12. reſpondit tamen in Ienenſi editione FELDENVS. Me-

CEII Grotium illuſtrare ſapienter conſtituerat; cuius conſilii rationem, poſt fata eius, auctor Bibliothecae Germanicae Tomo I. Art. I. pag. 12. aperuit, publicatis poſitionibus pauculis & generalibus, loco quaſi poſtulatorum explicationi iuris gentium, & praelectionibus Grotianis praemiſſis. Praefatus iam erat grauiter perilluſtris DE COCCEII in *Autonomia iuris gentium*, vbi natum inde inter gentes diſcrimen, ciuitatis mediatae & immediatae, liberae & non liberae, aliaque ad illuſtrationem iuris gentium, ac publici ſpectantia, pleniſſime eruuntur; acceſſere duae diſſertationes, quarum altera continet reſolutiones eorum, quae pridem de Weſtphalia eiusque ſtatu, altera eorum, quae denuo ad hiſtoriam Palatinam, mota ac edita ſunt. Nec non in *Prodromo iuſtitiae gentium* id egit; licet hic libellus, itidem poſt obitum ſummi viri primo exierit e prelo. Continet Exercitationes duas, quarum prima Socialitatem Grotianam, principium iuris naturae neque eſſendi, neque cognoſcendi eſſe, euincit; ſecunda veram maieſtatis originem eruit. Id mirum quantum profuiſſet inſtitutum ad explicationem morum, ſi fuiſſet ad finem perductum. Interea tamen opuſculum illud ad illuſtrationem prooemii & primi libri Grotiani, de iure belli & pacis, neceſſarium, prodiit Francofurti ad Viadr. 1719. 4.

Memoranda hic quoque eſt illuſtris viri NICOLAI CHRISTOPHORI LYNCKERI *ſeries operis Grotiani de Iure B. & P.* Ienae 1688. fol. Ex Theologis illud egerunt IOANNES ADAMVS OSIANDER, Tubingae 1669. 8. (g) cuius quinta editio & vltima excuſa eſt Tubingae 1711. 8. & in Academia Ienenſi VALENTINVS VELTHEMIVS, cuius *introductio in H. Grotium* prodiit Ienae 1676. 8. IOANNES HENRICVS BOECLERVS in integrum librum primum & ſeptem capita libri ſecundi fuit commentatus; editus eſt hic commentarius Argentorati 1663. 8. & ſaepius recuſus:

(e) Inani gloriolae litare videbatur A FELDEN; eam vnice ob cauſſam redarguens Grotium, quoniam ab Ariſtotele, quem ſeruili obſequio venerabatur Felden, magna ex parte diſceſſerat.

(f) De GRASWINCKELIO, Grotii amiciſſimo, vid. CHRISTOPHORVS ARNOLDVS *Epiſtol. Richteri* pag. 470.

(g) Politicas praeceptiones OSIANDER ex Zieglero, hoc tamen haud nominato, impudenter hauſiſſe dicitur. Praeterea connexio tumultuoſa in hoc ſcripto obſeruatur, ſcholaſticorumque ſordes vbique deprehenduntur, nec theologicae rationes adlatae opprimunt Grotii adſerta. IACOBI FRIDERICI LVDOVICI in *Delineatione* Hiſtor. Iuris Nat. ed. Halae 1701. 4. pag. 19. voces hae ſunt: *Edidit quoque* (Oſiander) *typum legis naturae, in qua hypotheſes ſcholaſticorum fuſe quidem, ſed ita propoſuit, vt eius lectio facile dolorem capiti ſubtilitatum ſcholaſticarum non adſueto adferre poſſit.*

ſus; recentiſſima eſt editio, quae ibidem cum praefatione Io. SCHILTERI 1704. 8. prodiit. (*h*) Sed huius aeſtimatio apud eruditos eſt dubia, quum theoreticus magis fuerit BOECLERVS, quam pragmaticus. Ex vero, non per calumniam de Boeclero ita iudicare ſe, profitetur ill. THOMASIVS in *ſpecimine Iurisprud. iudicialis,* pag. 62. ſequ. ibi etiam cauſam aperit, cur *Boecleri Commentarii in Grotium* non vltra Caput VII. libri II. procedant, & ad librum ſecundum maior adhuc ſterilitas obſeruetur, quam ad librum primum. Potiſſimorum arcanorum Iurisprudentiae naturalis ignorantiam fuiſſe dicit, fruſtraque ergo expectari Commentarii illius reliquias. Idem BOECLERVS appendicis loco adiecit V. diſſertationes ad illuſtranda quaedam loca Grotii, primam *de eo, quod ciuitas egit,* ſecundam

(*h*) Telam coeptam pertexere non potuit BOECLERVS, morte impeditus acerba. Inſtabilis lectorum fauor exarſit in ſcripta praeclariſſimi viri, modo nominata ab auctore noſtro; ſed ſaepe ſine vlla ratione; inſtructiſſimo enim ingenio & fuiſſe, & diligentiſſimum, Boeclerum, non eſt qui neſcit vllus. SCHVRTZFLEISCHIVS igitur in *Saremaſianis*, loco indicato, aſpere pronunciat: ex commentariis, non autem ex ingenio ſapere noſtrum; eum frigide ſcribere; controuerſias perplexe definire; dubitanter decidere; licet probationem haud addiderit efficacem, cenſor iniquus.

dam *de mensura pretii*, tertiam *de actione ingrati*, quartam *de milite captiuo*, quintam *de quiete in turbis*, *seu neutralitate*. Huc faciunt etiam VLRICI OBRECHTI *exercitationes* (*i*) *de ratione belli*, Argentorati 1675. 4. Eiusdem *sponsor pacis*. (*k*) CHRISTIANI THOMASII dissertationes *de sponsione Caudina* atque *Numantina*, ad illustrandum librum II. *Grotii* Cap. XV. §. XVI. Theologis addendus denique est IOAN. GVOLFGANGVS IAEGERVS, cuius *obseruationes theologicae & morales ad H. Grotii libros de* I. B. & P. editae sunt Tubingae 1710. 8. (*l*)

§. IV.

(*i*) Elimatum OBRECHTI ingenium laudat HERTIVS; sed in scholis priuatis, non vero vt ederentur in lucem, commentationes cum auditoribus suis communicatae sunt. Conf. Io. NICOLAI HERTII *Opusculorum* Volumen I. Sect. I. §. XXXV. pag. 50. Vitam illius eximie docti viri vid. in *Memoires de Trevoux* Mens. *Nov.* & *Dec.* MDCCI. & in *Excerptis Menstruis* An. MDCCII. Mens. Ian. edit. Hanouerae Art. I. pag. 3. sqq.

(*k*) Io. BALTHAS. WERNHERI ICti *Analecta iuris naturae & gentium*, seu annotationes succinctae ad *Hug. Grotium de iure belli & pacis*, & *Sam. Puffendorf. de officio hominis & ciuis* edit. Vitembergae 1721. 8. adiici possunt.; Accesserunt fratris HENR. LVDOVICI WERNHERI Dissertationes eiusdem argumenti.

(*l*) Etsi tot, tantique exstiterint, Grotiani operis admiratores, illud tamen indici expurgatorio Romae

§. IV.

Introductiones in Grotium aliqui etiam dederunt. Qui *tabulas* volunt, habent IOANNIS PHILIPPI MVLLERI tabulas, (*m*) vbi praemissa generalis facta dicitur ab ipso Grotio, quam MATTHIAS BIORENKLOW Müllero vulgandam tradiderit, Francofurti 1665. fol. In germanicam linguam eas conuertit, & *Grotio Germanico* addidit IO. NICOL. SERLINVS. Contractiores sunt *Boineburgianae*, quas BOECLERVS Commentario suo adiecit. Exstant etiam IACOBI THOMASII *tabulae in Grotium*, Lipsiae 1670. f. & IOANNIS PAVLLINI OLIVE KRANZII *tabulae* a SIMON. HENRICO MVSAEO Kilonii 1688. & 1706. fol. vulgatae. *Grotium* per *quaestiones* proponit IANVS KLENCKIVS, qui *Institutiones Iuris Naturae & Gentium ex Grotio excerptas* scripsit Amstelodami 1665. 12. Ienae 1666. 12.

mae 1627. die IV. Februarii insertum fuisse, constat. Alias tanta fuit viri huius auctoritas, vt nec quisquam alius cristas contra egregium librum erigere fuerit conatus; licet post fata auctoris prodierint multi, famam eius sugillaturi. Si addere vellemus omnes, nae ingens scriptorum cumulus aggereretur.

(*m*) Succiplenae quum facile condi nequeant tabulae; nec miramur siccitatem sceleti, a Müllero compositi.

12. recusas. Prodierunt etiam Parisiis 1670. 12. cum eiusdem diss. *de mutationibus ciuitatum.* Eiusdem breuitatis est Ioannis Henrici Sviceri *compendium Grotianum,* Tiguri 1689. & 1694. 8. Ioannis Georgii Simonis *Grotius erotematicus*, Lipsiae 1688. 8. paruae est vtilitatis. Simon Henricvs Mvsaevs (*n*) *Grotium enucleatum*, Kilonii 1682. 8. & *Specimen Grotii casibus fictis illustrati*, ibidem 1689. 4. edidit. Io. Reinhard. Hedingervs *Sicilimenta philosophiae Iuris ad Grotium* conscripsit, Giessae 1699. 4. (*o*) Praeferri tamen singulis meretur

(*n*) Idem Mvsaevs 1689. *Ius Paradisiacum*, leuidense opusculum typis describi curauit; nec a quoquam aestimatum; ipsa inscriptio refutationem optimam innuit. Vid Capitis huius §. II. not. (*d*).

(*o*) *Grotius enucleatus*: hoc est Hugonis Grotii de iure belli & pacis libri tres, in compendium redacti a viro cl. Io. Scheffero, ceteris palmam praeripuerunt. In vsum auditorum academicorum, praemissa praefatione, de ordine tradendae iurisprudentiae naturalis, iterum typis exscripti sunt curante excellentissimo Christiano Gottlib. Schwarzio P. P. Altorfii 1718. 8. Argumenta Grotii enim tam mira breuitate iuxta ac perspicuitate proposuit, vt rebus nihil fere, verbis multum demserit, & cum magno legentium emolumento, ipsam vim & neruum huius doctrinae apertissime indicarit. Conf. citata praefatio pluribus.

retur IOANNIS GEORGII KVLPISII *Collegium Grotianum*, (*p*) in Academia Giessensi XV. exercitationibus institutum, Francofurti ad Moenum 1682. 4. recusum Halae 1709. 4. In hoc autem, quae obscura videbantur apud Grotium, explicauit vberius, quae autem prolixius dicta, excerpsit, vt veram inde habeamus introductionem Grotianam.

§. V.

Grotium postea secuti & imitati fuerunt alii. IOANNES SELDENVS aemulatione incensus, suum conscripsit (*q*) *de iure natu ra*

(*p*) KVLPISII collegium Grotianum, partim ob argumenti fauorem, partim ob compendiosum dicendi genus, lectoribus complacet, eo magis, quum doctorum aliorum cum Grotio consensus, ex eo eluceat.

(*q*) Censuram eruditorum quorundam, meruit SELDENVS, quum inordinate & perturbate compilata ab eo fuerint plurima. Lectorem requirit cautum, errores enim admisit varios. Nolim igitur a cereae indolis iuuene scripta eius legi. Praeterea ad scriptores Historiae iuris naturalis potius referendus est, quam ad doctores disciplinae huius; nec inter generales auctores diuini iuris numerandus, sed ad positiuae legis interpretum coetum, qui peruetusta de ea Rabbinorum monimenta inuestigarunt. Hinc PVFENDORFIVS in *Praefatione* ad *I. Nat. & Gent. Seldenus*, inquit,

turae & gentium opus, *iuxta disciplinam Ebraeorum*, Oxonii 1665. 4. Argentorati 1665. 4. & recentissime Vitembergae 1712. 4. (r) Hanc quidem, quam sumsit, partem debite exhausit, quum tamen non omnino Iuris naturae placita ex Noachidarum praeceptis deducere liceat, in reliquis saltim labor erit sufficiens: licet etiam aliena quaedam, quae ad ritus Ebraeorum faciunt, intermiscuerit. Prima editio prodiit Londini 1640. fol. Lib. VII. (s) Pertinet huc etiam

inquit, *nemini fortasse secundus haberi posset, si ei propositum fuisset, eadem ακριβεια ius naturale ad vniuersum humanum genus, quam ad tradita Ebraeorum adcommodare, aut si vnius populi scita pro sufficiente promulgatione iuris, omnes gentes obligaturi, possint haberi.* Suffragatur ei Thomasivs in *paulo pleniori Historia iuris Naturalis* Cap. VI. §. XIII. pag. 88.

(r) Londini 1636. & Lugd. Batauorum 1638. Ibidem prodiere Lib. II. de *Successione in Pontificatum Ebraeorum*; & *Fleta seu Comment. Iuris anglicani.* Londini 1647.

(s) Haud multi repugnarunt Seldeno, nec rigidi eius exstitere sectatores, nec commentatores. Editor tamen operum eius, Wilkinsivs, defensores pariter atque aduersarios Seldeni, statim in limine enarrat; in hoc censu est auctor Diarii inscripti: *New Memoirs of Literat.* Vol. III. A. 1726. pag. 104. Exhibet ibidem ea, quae Iac. Fridericvs Lvdovici *in delineatione Hist. Iur. Nat.* consignauit litteris. Ceterum a Wilkinsio

etiam eiusdem tractatus *de successione, in bona defuncti secundum leges Hebraeorum* 1631. 4. & Lugduni Batauorum 1638. 12. & *Vxor Ebraica, seu de nuptiis & diuortiis ex iure Ebraeorum*, Libr. III. Londin. 1646. 1655. 4. Singuli ex his libris & in Belgio & in Germania sunt recusi saepius. Ceterum operis de Iure naturae ac gentium breuem quidem, at eruditam perspicuamque *synopsin* confecit cel. BVDDEVS, eandemque VITRIARII *Institutionibus Iuris naturae & gentium* editioni Halensi 1695. 8. addi curauit.
(*t*) Vita SELDENI in fronte legitur splendidissimae omnium illius operum editionis, quae cura DAVIDIS WILKINS Londini 1726. III. Tomis in folio prodierunt. Conferri tamen simul possunt PAVLLI COLOMESII *Melange curieux*, siue. Colomesiana pag. 814. edit. *Fabricii*, & THOM. BLOVN-

KINSIO, de Seldeno in praefatione constituta sententia, desumta est ex praefamine BARBEYRACII, ad versionem *Iuris naturae & gentium* a PVFENDORFFIO conscripti.
(*t*) Campum, quam longe patet, iuris publici vniuersalis, minime est emensus SELDENVS; nec inter scriptores systematum illius referendus: id supra iam monuimus; add. PVFENDORFIVS in *Specimin. Controuers.* C. I. §. I. Ad indagandam operum eius naturam, solers etiam fuit CLERICVS in *arte critica* Part. I. Cap. V. pag. 143.

Blovntii *censura celebriorum auctorum* pag. 696. edit. Londini 1690. fol. (*u*) Prae caeteris vero aestimandi sunt Samvelis Pvfendorffii *de Iure Naturae & Gentium libri* VIII. qui primum Lundini Scanorum prodierunt 1672. 4. post aliquoties recusi. In his enim Grotium & explanat & supplet, atque vbique egregium se praestat. Nuper etiam Francofurti 1716. 4. exscripti sunt. In gallicum eosdem idioma transtulit Ioan. Barbeyracivs, notisque doctissimis illustratous Amstelodami 1706. (*v*) & 1712. 4. in vulgus exire iussit. (*w*) Adest etiam versio

(*u*) Conf. *Historia & Antiquitates Vniversitatis Oxoniensis* Lib. II. pag. 349.

(*v*) Editio 1706. publicata, percensetur in *Bibliotheque Choisie* Tom. IX. pag. 387. Ceterum vid. antea ad Cap. II. §. XXIV. a nobis proposita.

(*w*) Quinta editio operis huius in II. Tom. digesta, impressa est Amstelodami 1733. 4. cui tres orationes Barbeyracii subnexae sunt, quarum inscriptiones adpingamus: 1) *sur l' utilité du* Droit et de l' Histoire, *& la liaison que ces deux Sciences ont ensemble.* 2) *sur la maniere de bien* Etvdier *le* Droit: 3) *sur la Question, s' il est permis d' échauffauder en Chaire le Magistrat, qui a commis quelque faute?* Barbeyracii quidem auspiciis tres tantum versiones sub prelo sudarunt; duae enim, a Gallis & Basileensibus, inuito auctore, excusae sunt. Obseruamus ceterum tres posteriores libros longe emendatiores esse, quam priorum

versio germanica Francofurti 1711. 4. publicata. Editio latina Francofurti 1706. 4. adnotationibus IO. NICOL. HERTII est instructa. IOANNIS PETRI DE LVDEWIG *Eulogium Esaiae & Samuelis Pufendorffiorum*, inter celeberrimi viri *opuscula oratoria* Num. XVII. pag. 471. seqq. legitur. De vita PVFENDORFFII ab anonymo conscripta & germanicae MONZAMBANI versioni Lipsiae 1710. & 1715. 8. praemissa, sub titulo: *Vita, fama & fata litteraria Pufendorffiana*, sententiam dixit HEVMANNVS in *actis philos.* Part. XVI. Num. VII. §. I. pag. 642. Breuis etiam vitae PVFENDORFFII descriptio traditur a GENZKENIO in *historia philosoph.* pag. m. 205. Aduersarios quidem Pufendorffius nactus fuit IOSVAM SCHWARTZIVM & NICOLAVM BECMANNVM, qui in *Indice nouitatum Pufendorffium* tanquam orthodoxae fidei contrarium fingunt, quibus tamen in *apologia pro se & libro suo* respondet. (x) Secuti hosce sunt IOAN. ADAM.

editionum vltima capita. Hinc varias doctrinas illustrauit, quas sicco pede antea transgressus fuit. Inprimis praecepta de defensione, de matrimonio, bonorum proprietate, autocheiria, restitutione, & alia. Supplementum itaque tam Pufendorffii quam Grotii, merito dixeris illud ingenii Barbeyraciani monimentum.

(x) Opposuit PVFENDORFFIVS: *Apologiam aduersus indi-*

ADAM. SCHERZERVS, IOAN. LYSERVS, VALENTINVS VELTHEMIVS, (y) FRIDERICVS GESENIVS, (z) VALENT. ALBERTI, (a) SAMVEL STRIMESIVS, IO. IOA-

indicem nouitatum, Specimen & Spicilegium controuersiarum circa ius naturae ei motarum, Epistolam ad amicos in Germania. Quae comprehensa sunt sub titulo *Eridis Scandicae*.

(y) Idem VELTHEMIVS commentatus est in Grotium 1676. sed quid obsecro, nobis in hac luce iuris naturalis profuturus esset labor illius, quum caligo tenebraeque quibus circumfusus fuit Velthemius, dudum sint dissipatae?

(z) GESENII chartae sub hoc titulo conspectum subierunt: *Christiani Vigilis, Germani, Epistola; seu dissertatio super polygamia simultanea, ad Sincerum Wahrenbergium, Suecum*, Germanopoli An. 1673. Hunc auctorem leuis armaturae equitem esse, Pufendorffius fuse probabat, in *Apologia* indicata; Gesenius itaque aestuanti animo libellum conficiebat; en titulum: *Dn. S. Pufendorffii iuris naturalis D. & Prof. contra ius naturae iniquitas, inque eius scrutinio infelicitas, in cautionem pro incautis & vindicationem nominis publice ostensa per V. D. M. qui se contra Sincerum Wahrenbergium, Christianum Vigilem nominare, & aduersus ἀθέως illius de polygamia assertiones pro munere sibi in ecclesia dei credito debite voluit vigilare.* Germanopoli 1674. Sed & haec discussa a PVFENDORFFIO in *Epistola* ad D. Io. ADAM. SCHERTZERVM *Theologum apud Lipsienses primarium, super censura quapiam in librum suum inique lata, impressa* Harderuici 1674. Tacemus reliqua.

(a) ALBERTI in *compendio Iuris Naturae, orthodoxae theo-*

IOACHIM. ZENTGRAVIVS, quibus tamen in *dissertationibus academicis*, *specimine controuersiarum*, & *Eride Scandica* solide respondet. Quae scripta polemica vltimae eiusdem editioni fuerunt adiecta. Consule de aduersariis *Pufendorffii*, LVDOVICI *historiam iuris naturae* §. XLIIX. -- LXIIX. pag. 86--115. & adde *Acta philosophorum* l. c. pag. 641. seqq. Quid vero IOANNI CHRISTIANO BOINEBVRGIO Baroni, *de concinnando Iurisprudentiae perpetuae & Naturalis corpore*, in votis fuerit, & quid ista in re actum fuerit, exponit GROENINGIVS in *historia iuris naturae* §. XXIII. pag. m. 33. Quantum vero ad intelligendum melius Grotium Pufendorffius, tantum ad hunc melius explicandum CHRISTIANVS THOMASIVS facit. Huius enim *Institutiones Iurisprudentiae diuinae* (*b*) ex noua eademque auctiori edi-

theologiae conformato, ex statu innocentiae Ius Naturae, sed infelici euentu, deducere conatus est; hinc a PVFENDORFFIO & THOMASIO ludibrio laesus; quae tamen non in ALBERTI cerebro nata est sententia, sed praeiuit ei DAVID MEVIVS in *prodromo Iurisprudentiae gentium communi*.

(*b*) Ad noscendum ius naturae, multum conducit sane THOMASIVS; sed praefulgidum tanti viri nomen, ex parte obscurant hypotheses irritae, de legibus positiuis vniuersalibus; retractationes crebrio-

editione prodierunt Halae 1702. 4. quum primum Francofurti & Lipsiae 1688. 4. lucem vidissent, & saepius postea fuissent recusae. In germanicam linguam a Gottfried Zeidlero traductae prodierunt Halae 1702. 4. sub tit. *Göttliche Rechts Gelahrtheit.* Edidit idem vir illustris posthaec *Fundamenta Iuris naturae & gentium* Halae 1705. 4. quorum vltima editio emendatior, & cum notis an. 1718. ibidem prodiit. Haec in locum libri I. *Iurisprudentiae diuinae* substitui vult, caussasque suae palinodiae in notis reddit. Et haec in vernaculam conuersa titulo: *Grund - Lehre des Natur - vnd Völcker-Rechts*, Halae 1709. 4. prodierunt. (c) Ad mentem illius Io. Lavrentivs Flei-

crebriores; ac studium stilum exacuendi in Grotium, & certas quasdam atque euidentes veritates scholasticorum; vnde tamen bene multa ducenda sunt hac in disciplina. Accedunt disceptationes matrimoniales, libere nimis propositae, incestus in linea ascendenti & descendenti excusatio; alia; quae periculum lectoribus nonnullis facessere videntur.

(c) De singulis Thomasii scriptis, catalogum vide accuratum in *Thomasischem wohlverdienten Denckmahle*, edit. Halae 1729. Vita huius viri, ibidem maiori cum cura describitur, quam in D. Leporini *vitis virorum clarissimorum.*

FLEISCHER *Institutiones Iuris Naturae & gentium secundum principia Thomasiana* concinnauit, Halae 1722. 8. excusa. (*d*)

§. VI.

Prima Iuris Naturae & Gentium principia dedit GVILIELMVS GROTIVS in *enchiridio* suo, Hagae 1667. 4. quod cum notis GEORGII GOETZII editum est Ienae 1675. 12. (*e*) Generalia enim tantum sunt,

(*d*) Editio secunda auctior multo & emendatior, impressa est Halae 1730. s. t. *Institutiones Iuris Naturae & Gentium, in quibus regulae Iusti, Decori atque Honesti, distincte explanantur & applicantur.* Exstant etiam Io. FRIDERICI HOMBERGK ZV VACH *Hypomnemata iuris gentium, noua & succincta methodo digesta, cum perpetuis annotationibus, quibus pleraque vberius deducuntur, praecepta virtutis & iuris vbique discernuntur, confusio Ethices & iurisprudentiae naturalis a multis commissa inculcatur, harmonia & disconuenientia iuris naturae cum iure Romano singulis in locis demonstratur, & nobilissima haec disciplina a praesumtis opinionibus, fictionibus, aliisque erroribus vacua sistitur, cum triplici indice; curante* CASPARO A RHEDEN. Bremae 1721. 8. edit. Lector libri huius obseruabit, titulum suggerere, quod operi deest.

(*e*) Ienae quoque exiit Io. IACOBI MVLLERI P. P. Ienensis in *Guilielmi Grotii Enchiridion de Principiis Iuris Naturae, commentatio*, qua praemissa iurisprudentiae naturalis definitione, obiecto, fundamento, partitione, ordine & insignioribus scri-

ſunt, quae tractat, atque imperfecta, quum non niſi de moribus & contractuum iuribus agat. Male igitur (*f*) epitome dicitur operis fraterni, de iure belli & pacis. *Inſtitutiones Iuris naturae* ex doctrina morali dedit Ioannes Eisenhartvs, (*g*) Helmſtadii 1644. 4. Richardi Zovchaei *elementa iurisprudentiae*, Hagae 1660. 8. & 1665. 12. prodierunt, ſaepius poſthaec recuſa, multas quaeſtiones iuris naturalis cum iure ciuili miſcent. Non parem igitur

ſcriptoribus, officia ac iura naturalis & pietatis, & probitatis, & iuſtitiae, ex principiis ſuis ſuccinctim eliciuntur.

(*f*) Suffragari igitur non poſſumus Bvddeo, qui in *Selectis Iuris Nat. & Gentium* pag. 39. Gvilielmvm Grotivm inter epitomatores Hvgonis Grotii retulit. Nequaquam vero mirandum videtur, ius ciuile vbique in Guilielmi Grotii libro occurrens, ei, qui conſiderauerit, hunc a philoſophorum ſcitis alienum, Romanorum autem iuris prudentia praeclare fuiſſe imbutum.

(*g*) Iuris naturalis ſcita, quae in morali philoſophia expediuntur, Eiſenhartus in libro indicato ſubminiſtrat, & iuxta virtutum, eisdemque oppoſitorum vitiorum ſeriem ac ſpecies ita diſponit, vt praecepta aientia ad certam virtutis, negantia ad certam vitii ſpeciem reducantur. Tu confer Io. Iacobvm Mvllervm in *Commentatione* in Gvilielmi Grotii *Enchiridion de principiis iuris naturae* modo citata pag. 12.

tur haec cum aliis viri summi scriptis plausum, neque adeo perpetuum meruerunt. Addi potest VITI LVDOVICI A SECKENDORF (h) *Entwurff von dem allgemeinen natürlichen Recht*, quod schediasma habetur inter *orationes germanicas* Num. L. pag. 435. Nec male huc refertur VLRICI HVBERI (i) *de iure ciuitatis* tractatus elegantissimus, multa doctrina refertus, quem ex editione auctiori habemus Franeckerae (k) 1684. 8. &

(h) Sua cuique virtus pro stimulo est, vt in altero amet, quod ipse sequitur; hinc SECKENDORFIVS a plurimis Pufendorffii placitis alienus, atque ab ALBERTI incitatus, notas & animaduersiones adiunxit libello cuius index est: *Val. Alberti Epistola ad illustrem excellentissimumque Seckendorffium, commentum Samuelis Pufendorffii de inuenusto veneris Lipsicae pullo refutans* Lipsiae 1688. Iis ipsis autem obseruationibus, non raro scabiem astringit Pufendorffii optimis doctrinis; & principia a se ipso alias stabilita retractat Seckendorffius.

(i) Magni huius ICti vita, *Eunomiae Romanae siue censurae iuris Iustinianaei* adiecta est, editaque a ZACHARIA HVBERO 1700. 4. Franequerae, quam recensent *Acta Eruditor. Lips.* An. MDCC. Mens. April. pag. 169. nec non ECCARDVS in *Monathlichem Auszug* An. MDCC. Mens. Iun. Art. IX. pag. 315. qui etiam singula eius scripta enarrat.

(k) Iuris ciuitatis prima editio 1672. 4. exiit; secunda ab auctore nostro citata est; tertia emendatior longe 1694. exarata fuit; nec non additus hic liber

& cum notis Christiani Thomasii Halae 1708. 4. Samvelis Pvfendorffii *elementa Iurisprudentiae vniuersalis*, Ienae prodierunt 1669. 8. In quibus per demonstrationes mathematicas progreditur; accessit in Ienensi editione *sphaera moralis*, quae tamen Pvfendorffivm auctorem non agnoscit. Praeferendus eiusdem est *de officio hominis & ciuis* tractatus, iuxta legem naturalem, ex editione septima, edit. Holmiae 1701. 12. in quo principia moralia atque iuris naturae coniungit, & breuiter quidem, sed neruose atque accurate exponit. (m) Repete, quae ad capitis praecedentis §. XXIV. dicta sunt. Non male iunguntur Ioannis Francisci Bvddei *fundamenta iuris naturae & gentium*, quae in philosophia eiusdem practica continentur. (n)

liber *Specimini Philos. Ciuil.* 1686. auctore Hubero impresso; titulum autem ibi fert hunc: *Institutio Reipublicae.*

(m) Repudiarunt tamen, haud pauca Pufendorffii placita, perplures; de Leibnizio ad caput antecedens diximus; in partes huius non sine omni ratione iuit, D. Balthazar Branchv, nec non auctores Diarii: *Journal Litteraire:* dicti. Interque Anglos D. Waterland adsensum iis praebuit. Conf. *Bibliotheque Raisonnée* Tom. XIV. Part. I. Art. IV. pag. 132. sqq.

(*n*) Alii quoque viri clariſſimi, poſt hos Iurisprudentiae naturalis compendia compoſuerunt, inter quos ſequentes iam nobis occurrunt: IOANNES BALTHASAR WERNHERVS, qui *Elementa Iuris naturae & gentium ex vniuerſali principio deducta, nec non ad vſum in Iure ciuili paſſim adcommodata*, ſcripſit Vitembergae 1720. 8. (*o*) HENRICVS ERNESTVS KESTNERVS, cuius *Ius naturae & gentium ex ipſis fontibus, ad ductum Grotii, Pufendorffii & Coccei, deriuatum*, Rintelii 1698. & 1705. (*p*) exſcriptum eſt. Auctoris anony-

(*n*) Exſtant etiam BVDDEI *Selecta iuris naturae & gentium* edit. Halae 1704. & 1719. recuſae; in quibus permulta naturalis iuris capita explanantur. Sub cenſuram ea vocata vid. in *Bibliotheca Selecta* Tom. VII. pag. 375.

(*o*) Editioni ſecundae praemiſſum eſt programma, in quo dubia, contra principium iur. nat. mota, diluuntur. Eſt autem a Wernhero principium Pufendorffianum receptum, licet methodus L. L. naturae ex eodem eruendi, diuerſa eſt a Pufendorffii ratione. Nexum praeceptorum cumprimis ſpecialium non demonſtrauit; ſimpliciter ſaepe ponens quid iuris naturae ſit, ita tamen, vt ex mente auctoris, cuiuis referendo ſe ad principium, a ſe praeſtructum; in procliui ſit. Aliquando etiam, quod ille ipſe fatetur, propoſitiones mere probabiles adtulit, vnde reliquorum redditur ratio.

(*p*) Praeſide perilluſtri HENRICO de COCCEII, filius SAMVEL DE COCCEII tanto patre digniſſimus,

anonymi *Kurtze, doch aber gründliche Einleitung zum Iure naturae & gentium, mit einer Vorrede* D. Gottlieb Gerhard Titii, (q) Halae 1708. 8. prodiit. Ioannes Iacobvs Ferbervs (r) auctor est *Philosophiae Iuris naturalis, methodo disciplinari & accurata propositae*, Vitembergae 1709. 4. Georgio Beyero debemus *delineationem iuris diuini naturalis & positiui vniuersalis*, Vitemb. (s) 1712. & Lipsi. 1716. 4. postremae editioni au-

mus, publice 1699. disseruit de *Voluntate Dei, iuris naturalis principio vnico, vero & adaequato*; 4. recus. 1702. & 1712. Hac doctrina imbutus, ei Kestnervs superstruxit omne systema suum. Sed vid. Anonymum in *monathlichen Auszügen* An. MDCC. pag. 371. & Hertivm in Dissert. de *socialitate primo iuris nat. principio*, Vol. I. opusculorum pag. 88. Defensionem Cocceii, lege in parte posteriori Dissertationis suae 1702. recusae, & in *Resolutione dubiorum circa hypothesin suam*; 1705. impress. in qua Lvdovici dubia praesertim diluuntur, itidem contra principium illud confecta.

(q) Titii principia iuris naturae, aperiuntur in Obseru. ad *Pufendorffium* de *Officio hominis & ciuis* Lib. I. Cap. III. Obs. LXXVIII. Num. I.

(r) Conformationem creaturae rationalis cum creatore, constituit Ferbervs principium iuris naturae; reiectam merito hanc sententiam vid. in summe Venerabilis Walchii *Lex. Phil.* pag. 1274. edit. sec.

(s) Pufendorffii placita, & Thomasii priora praecepta retinens, ad eorum mentem finxit hanc disciplinam Beyervs.

auctoris vita addita legitur. EPHRAIMVS GERHARDVS concinnauit *Delineationem Iuris naturalis, siue de principiis Iusti libros III. quibus fundamenta generalia doctrinae de Decoro accesserunt,* (t) Ienae 1712. 8. IOANNIS GODOFREDI VOGELII *breuiarium Iurisprudentiae naturalis, aphorismis succinctis comprehensum*, Dresdae 1712. 4. prodiit. MICHAELIS HENRICI GRIBNERI (u) *Principiorum Iuris-*

(t) Ius naturae externum, a GERHARDO bene ac sapienter discernitur ab interno; & hinc principium suum, de seruanda pace externa, ad illud referendum est. Inuehuntur quidam in eum ob discrimen illud adplicatum, sed iustis de caussis id ipsum adhibuit; vt scilicet distinctae redderentur morales disciplinae, nec summa miscerentur imis. Ab erroribus ceterum non immunis est, quorum plures ex Thomasio hausit. Praeterea eiusdem GERHARDI exstat *Prolusio academica de Controuersiis iuris naturae minuendis, ventilationi meditationum de principiis iusti, permissu illustris ICtorum ordinis in Ienensi Saxonum Ducali academia publice instituendae praemissa.* Ienae 1713. 8. quae quidem succi plena non est, sed trita continet.

(u) Scriptores vnde hausit GRIBNERVS, semper fere adscripsit. Tertia editio eademque auctior & emendatior Vitembergae 1733. exiit. Constituerat huic addere historiam iuris naturae, & legum diuinarum principia, quae positiuae vniuersales dicuntur; sed non superfuit ei tantum ab aliis negotiis otii, vt exequi hoc institutum licuerit. Quae ab aliis in dubium vocata sunt, haud

risprudentiae naturalis Libros IV. Vitembergae 1717. 8. editos, singulari prorsus applausu ab eruditis acceptos fuisse, constat. Ioannes Georgivs Wagnervs *Iuris naturalis & gentium librum elementarium* scripsit, (*v*) *solida obligationis fundamenta, & praecipua Iuris ciuilis priuati principia methodo demonstratiua exhibentem*, Halae 1719. 8. Nicolavs Pragemannvs libris duobus *Iurisprudentiae naturalis* doctrinam complexus est (*w*) Ienae 1720. 4. Iacobvs Gabriel Wolfivs (*x*) auctor est *Institutionum Iurisprudentiae naturalis tum priuatae tum publicae*, Halae 1720. 8. editarum. Adamvs Fridericvs Glafey vernacula lingua scripsit: (*y*) *Vernunfft - vnd Voelcker-Recht;*

haud repulsa ab eo fuere, qui illam quam sibi sumsit ab aliis dissentiendi libertatem, omnibus aeque competere, facile intellexit.

(*v*) Inproprias leges esse in natura adferens, quid sibi velit, nescit Wagnerus. Nominis quoque celebritatem hoc scripto consecutus est nullam, in quo tenebris immersa sunt omnia.

(*w*) Pragemannvs Iuris Naturae, Ethicae & Politicae principia perturbauit.

(*x*) Iacobvs Gabriel Wolfivs, vir excellentissimus, ambitum omnis philosophiae moralis emensus est hoc in libro; qui quidem ordo non omnes recreat lectores, licet probetur aliis.

(*y*) Editio secunda adaucta 1732. 4. itidem Lipsiae excusa est. Rudigeri placita plerumque retinuit auctor

Recht; worinnen die Lehre dieser Wissenschafft auf demonstratiue Gründe gesetzet, nach selbigen die vnter souuerainen Voelckern, wie auch denen Gelehrten bis daher vorgefallene Streitigkeiten eroertert werden. Nebst einer Historie des vernünfftigen Rechts, vnd einer vollstaendigen Bibliotheca Iuris nat. & gentium, Lipsiae 1723. 4. IACOBI FRIDERICI LVDOVICI *doctrina Iuris nat. iuridice considerata*, Giessae 1724. 8. post obitum auctoris cum ipsius vita prodiit. Lectu dignissima denique sunt, quae auctore IOANNE EBERHARDO ROESLERO nuper prodierunt *Themata Iurisprudentiae naturalis ad ductum libri Pufendorffiani de officio H. & C.* Tubingae 1726. 8. & a concinna atque perspicua breuitate egregie commendantur. *(z)*

§. VII.

auctor praecellentissimus, sed Diariorum scriptores stilum in eum exacuere consueuerunt. En *Acta Eruditorum Germanica* Parte CLXXV. Art. I. pag. 457.

(z) Hisce addimus, qui post fata etiam in ore omnium viget, NICOLAI HIERONYMI GVNDLINGII *Ius naturae & gentium*, Halae edit. 1714. 8. recus. ibidem 1728. quodque semper a nobis commendatur. Deinde eiusdem *Ausführlicher Discours über das Natur- vnd Völcker-Recht*, quum iam ex humanis abiisset auctor, impressus Francof. & Lipsiae 1734. 4. Sed Gundlingium hoc in libro haud vbique audimus perorantem; etsi lectio eius non sine fructu tironum sit; consulantur *Acta Eruditorum Germanica*

§. VII.

Sapienter saniorum iudicio ii in disciplinis enucleandis aciunt, qui primum compendiis, lectorum animos, ad vberiorem solidioremque praeparant cognitionem; his autem praestructis, expeditam viam, ad subtiliorem sublimioremque scientiam aperiunt. Ea propter philosophus longe princeps, Christianvs Wolfivs, elemen-

nica Parte 192. Art. 2. pag. 865. seqq. Generatim vero de hoc philosopho conf. *Memoire sur la Vie & les Ouvrages de M.* Nicolas Jerome Gvndling in *Bibliotheque Germanique* Tom. xxiii. Art. viii. pag. 244. Desumta est haec biographia ex programmate funebri auspiciis Hoffmanni prorectoris magnifici edito, & ex diario inscripto: *Gundlingiana materia continuata*. Num. I. edit. Hamburgi 1731. Porro adiiciatur Henrici Conradi Koenigii, Phil. & I. V. D. *schediasma*, *de hominum inter feras educatorum statu naturali solitario. Existentia status indubitatis exemplis probatur, indoles eiusdem explicatur, illustratur, denique vsus in iurisprudentia naturali ostenditur.* excus. Hannouerae 1730. 4. & concelebrati Ioannis Friderici Weidleri, I. V. D. *Institutiones Iuris naturae & gentium, methodo mathematica digestae, collatoque sparsim Iure positiuo illustratae*, Vitembergae 1731. 8. typis exscriptae, nec non omnis memoriae clarissimi Io. Gottl. Heineccii IC. Potentissimo Borussorum Regi a consiliis sanctioribus, *Elementa iuris Naturae & Gentium*, commoda *auditoribus methodo adornata*, Halae 1738. 8.

mentis iuris naturae elaboratis, quae & sibi gloriae, & posteris semper vsui erunt, (a) ingens opus texere coepit: *Ius Naturae methodo scientifica pertractatum. Pars prima, in qua obligationes & iura connata, ex ipsa hominis essentia atque natura a priori demonstrantur; & totius philosophiae moralis omnisque iuris reliqui fundamenta solida iaciuntur.* Francofurti & Lipsiae 1740. 4. in quo de obligatione, & iure hominum generatim; de officiis erga se ipsum, ac cum iis connexis iuribus; de officiis erga alios & inde fluentibus actionibus; de officiis in Deum quaeque his stabiliuntur legibus, disserit. Singula sic inter se iunguntur, vt nec absque principiis firmissimis prodire ausint propositiones, nec in conclusis sit, quod ad demonstrata priusue definita, haud satis commode queat reuocari. Ad nostram haec diffunduntur vtilitatem, pariter atque ad omnem moralis philosophiae theoriam, qua vitae cultus ac munditia, quae ad elegantiam accedit, temperatur; barbaries autem ex animo euellitur penitus. Huius instituti testes sunt virtutum vis, amplitudo, dignitas, grauitas, similitudo, vbertas, lumen, splendor; vitiorum autem maculae, per-

(a) Voluminis huius Cap. I. §. XV. qualiacunque ex opere isto excerpta a nobis, legi possunt.

uersitas,atrocitas; alia,ab auctore nostro,caligine prorsus discussa, in promtu posita. Ethicam inter ac Ius Naturae intercedens discrimen, itidem tam dilucide expediuit vir illustris, vt id nullius interpretatione aut verius explicari,aut planius exprimi possit. Natura hominis scaturigo est obligationis, qua tenetur; non tamen leges naturales, cunctae eodem interuallo a fonte distant; vt adeo lex ab isto remotior, in alia propiore, & haec denuo in proxima rationem habeat, donec tandem perpetua atque apta serie, accedas ad principium in se euidens atque perspicuum, vnde prauitas bonitasue actionum elucescit clarissime. Ex his igitur facile intelligitur, Wolfium ordine suo demonstrandi, doctrinis nos expolire certissimis; indeque tamquam ex opimis & pinguibus pascuis colligere, quae ad saturandos iustitia & humanitate animos pertinent.Sistit iam Philosophus, viuendi disciplinae huius partem primam, in qua decreta connata naturae, singula occurrunt, quibus adligantur implicanturque mortales: in sequentibus operibus, continuatis connexisque, iis facturus accessionem. Quod si, vt dubito nullus, ab eo factum esse intellexero, erit de quo orbi litterario vniuerso ac mihi gratuler; Erit, vt quod dudum
 prae-

praeclare meritus est in reliquis scientiis nomen illustre, ab hac etiam iurisprudentia ducat, reportetque cognomentum *sapientissimi & felicissimi Reformatoris*. Redeo hic in memoriam eorum, qui vestigiis Wolfium consequuti sunt. Primas inter hos tenet HENRICVS KÖHLERVS ὁ μακαρίτης; animi aegritudinem, ex morte praestantissimi viri huius conceptam, mitigabunt posteri frequenti vsu scriptorum, quae reliquit; praecipue vero *Exercitationibus iuris naturalis eiusque inprimis externi, methodo systematica propositi*, Ienae 1729. 4. (*b*) Denegant quidam huic libro honorem, eumque nullo numerant loco. Sed salua res est, finem auctoris si respicis curatius; tunc enim non mirare, quod logicae & metaphysicae haud paucula praemissa sint principia. In vsum enim litterarum harum cultu nondum politorum, concinnatus est; atque hinc omni-

(*b*) Typis renouatae sunt Ienae emendatiores & auctiores 1733. 4. (1737.) nec non 1735. De reliquis editionibus post fata Koehleri impressis, vid. Partem II. *des ausführlichen Entwurffs einer vollständigen Historie der Wolffischen Philosophie*, celeberrimi CAROLI GVNTHERI LVDOVICI §. CCCCXXII. nec non eiusdem *neueste Merckwürdigkeiten der Leibnitz - Wolffischen Weltweisheit, gesammlet vnd mit vnpartheyischer Feder aufgesetzet*, §. LVIII. pag. 110, seqq.

omnino praefigenda fuerunt placita, ſine quorum adminiculo in ſenſum iuris naturae penetrari non licet intimum. Praeterea *Iuris ſocialis & gentium, ad ius naturae reuocati, ſpecimina* VII. 1736. 4. (*c*) compoſuit Köhlerus; quae ei opera multo quidem labore conſtitit, verum etiam quaecunque fere de iſto argumento commode dicta ſunt, exhibet, & apertiſſima vbique fidem facit demonſtratione. Poſt fata eius exiit quoque, titulum hunc ferens, tractatus: B. Henrici Köhleri *meditationes vnd annotationes über deſſen Natur vnd Voelcker Recht, wie ſolches ſeit vielen Iahren nach einander von dem ſel. Hn. Profeſſor in denen Lectionen dictiret vnd geſammlet worden, nebſt einer Demonſtration von der Exiſtenz Gottes, vnd einer Vorrede Hrn. D. I. I. S. auf oefteres Verlangen zum Druck befoerdert von* Io. Michael Hörsselmann, Ienae 1738. 4. Exſtant nec minus *des ſeligen Herrn Profeſſor Koehlers eigene Meditationes vnd Annotationes über deſſen Ius ſociale & gentium,* Ienae eodem anno in forma quadruplicata excuſae. In numerum vero Köhlerianorum ſcriptorum poſtuma illa ego non incluſerim.

(*c*) Indicatis modo locis, iam laudatus Lvdovici reliquas editiones *iuris ſocialis* percenſet.

ferim. Ceterum induſtriam Philoſophi aemulatus eſt Io. FRIDERICVS KÜBEL, ſyſtemate compoſito: *Das gründlich bewieſene Recht der Natur, worinnen alle Streitigkeiten auf das deutlichſte gehoben, vnd die in das Recht der Natur gehoerige Wahrheiten auf eine demonſtratiuiſche Art erwieſen worden.* Vitembergae 1735. 8. quod quiuis per otium conſulere poteſt. Qui huic operi denique incubuerint praeter modo laudatos, nominauimus Bibliothecae noſtrae Part. I. pag. 132. ſeqq. ac Part. II. pag. 65.

§. VIII.

Inter reliquos huc referuntur THOMAE HOBBESII *Elementa Philoſophica de Ciue.* Hic, licet ius Naturae & Gentium pro vno eodemque habeat, & multa proponat, non ab omnibus adprobata, de ſummo imperio tamen haud perperam agit. Primum Pariſiis 1642. 4. poſt ſaepius Amſtelodami (e) & Londini recuſa prodierunt. Halenſis

(e) Quum Cap. II. §. XXIV. Tomi huius habeas de Hobbeſio obſeruanda, fas erit, hic te ad ea remittere. Finem Hobbeſii reſpicienti, facile ſe probabunt pleraque ab eo in elementis diſputata; regiam enim maieſtatem gentibus perutilem, ex rationis principiis commendaturus, nonnulla adſperſit quae duriora videntur, in ſe tamen adſtrui

ſis editio etiam exſtat, apud *Io. Fridericum Zeidlerum.* Opera vero omnia philoſophica III. Volum. Amſtelodami 1668. 4. ſunt excuſa. Varios tamen Hobbeſii dogmata habuerunt cenſores, (*f*) Gisbertvs Coc-

ſtrui poſſunt. Si vero lapſus eſt, id humanae ſortis tenuitas tam in eo quam in aliis excuſat. Obſeruare tantum libet, Montagnii, de quo ſupra diſputatum eſt, veſtigiis inſiſtere Hobbeſium, nec non a Petro Gassendo nonnunquam abduci. Conf. Ioannes Silhon in *Miniſtre d'Etat avec un diſcours des conditions de l'hiſtoire* &c. Part. III. & Ericvs Mavritivs in *Diſſertationibus de principiis iuris publici, germanici inprimis* Cap. IV. Sect. II. Manaſſe quoque nonnulla ex Ivlii Caesaris Vanini *Arcan. Nat. Dial.* xxxvi. in ſyſtema Hobbeſii, videntur.

(*f*) Cenſores & defenſores Tomo I. Cap. II. §. xix. pag. 139. adſcripſimus; add. Io. Benedictvs Carpzovivs in Orat. qua anno 1684. munus Profeſſoris Theologiae eſt auſpicatus; cumprimis pag. 31. Aegre illos tulit haud dubie Hobbeſius, in pullos ſuos tanto inflammatus amore, vt dixerit in praefatione libri *de Corpore*: ſupra citat. *Phyſica res nouitia eſt, ſed philoſophia ciuilis multo adhuc magis, vt quae antiquior non eſt libro, quem de ciue ipſe ſcripſi:* In vita etiam a ſe ipſo conſcripta haec confirmat, audiamus eum:

Firmius inde ſtetit, ſpero, ſtabitque per omne
Aeuum, defenſus viribus ipſe ſuis.
Iuſtitiae menſura, atque ambitionis Elenchus,
Regum arx, pax populo, ſi doceatur, erit.

COCQVIVS quidem *vindicias* scripsit *pro lege, imperio & religione, contra Hobbesium,* Vltraiecti 1668. 12. Edidit quoque *Anatomen Hobbesianismi, siue apostasian* THOMAE HOBBII *ex tractatu eius de homine, ciue & Leuiathane, iuxta seriem locorum theologicorum,* Vltraiecti 1680. 8. (g) IOANNES TEMPLERVS *ideam theologiae Leuiathanis* scripsit Londini 1673. 8. SETHVS WARDVS *exercitationem epistolicam in Hobbii philosophiam, cum responsoria appendice ad calumnias Hobbii,* Oxonii proposuit 1656. 8. (h) ROBERTVS SCHARROCKIVS in libro *de officiis secundum ius naturale,* (i) Oxonii 1660. 8. itidem varia aduersus

Ingens tamen aduersariorum cohors prodiit. In *Sorberianis; siue excerptis ex ore Samuelis Sorbiere* Tolosae 1691. 12. edit. venuste ii enarrantur; & Caroli II. Anglorum Regis dicterium illud: *Qui comparoit Hobbes à l'Ours, contre lequel on fait battre les Dogues, pour les exercer:* exponitur pluribus.

(g) Misere torquet COQVIVS Hobbesii scripta, principia excentrica plane fingens, Hobbesio prorsus incognita.

(h) Limites iuris naturae non parum conturbat WARDVS. Omnis oppositio vana eius, adgreditur haec Hobbesii adserta: 1) Fuit & est status naturalis, seu is, in quo sine legibus agunt homines. 2) Pactis ciuitates regnaque libertatem restringunt naturalem.

(i) Hominis finem, gaudium & tranquillitatem animi esse,

uersus Hobbesium monuit. OTTONIS MENCKENII autem dissertatio, *qua Hobbesii Epicuraeismum ex eiusdem libro de ciue demonstrare* satagit, excusa est Lipsiae 1668. 4. His addimus IOANNEM BRAMHALL, cuius editae sunt *Castigations of Mr. Hobbes his last animaduersions, concerning liberty and necessity, with a Catching of his Leuiathan, demonstrating his principles to be destructiue to all Religion and Society*, Londini 1658. 8. & GVILIELMI LVCII *Obseruations, Censures and confutations of notorious Errors in Mr. Hobbes his Leuiathan and other his Books*, Londini 1663. 4. EDVARDI item CAROLI CLARENDONII schediasma, *a brief suruey of the dangerous and pernicious Errors to Church and State in Hobbes Book entitled Leuiathan*, inscriptum, & 1676. 4. editum. *Leuiathan refutatus & explosus* HENRICI COCCEII, Heidelbergae 1677. 4. prodiit. RICHARDVS CVMBERLANDVS (k) quoque

esse, SCHARROCK autumat; mediumque ad eum obtinendum, si naturalis iuris dictata, ab ipso sollicite obseruentur; quae prohibent innocentis cuiusuis laesionem, iubentque vt bene de nobis merenti par retribuatur; vt nobis ipsis consanguineisque bene cupiamus &c. quaeque sunt plura hiulca, balbutientia, ab eo coagmentata sine ordine nexuue idearum.

(k) Rerum varietate, & vsu, edoctus quidem fuit

que *de legibus naturae* eiusdem elementa philoſophiae cum moralis, tum ciuilis, refutauit, Londini 1672. 4. Lubecae 1694. 8. Vitam huius lege in ſcheda duarum & dimidiae plagularum, quae ſub titulo: *A brief account of the Life, character and Writings of R. Cumberland,* auctore R. PAYNE, Londini 1720. 8. prodiit. (*l*) Anglicam huius libri verſionem a MAXWELLO, gallicam vero a BARBEYRACIO parari, in *Nouis litterariis* anni 1728. Num. LXVI. pag. 657. nunciatum eſt. SAMVEL STRIMESIVS *praxiologiam apodicticam* edidit, *ſeu philoſophiam moralem demonſtratiuam, peithanologiae Hobbeſianae oppoſitam,* Francofurti ad Viadrum 1677. 4. Defenſores tamen nactus fuit va-

CVMBERLANDVS, ſed totum ſe abalienauit ab Hobbeſio; interque aduerſarios huius agmen duxit; licet non videam Hobbeſium a Cumberlando victum ſuperatumue eſſe; quaeſtionis enim ſtatus in omni horum philoſophorum controuerſia, non rite eſt formatus. Ceterum ADRIANVS HOVTVYN etiam, in *Politica contracta,* Cap. II. §. VI. p. 164. a nobis adlegata, HOBBESII ſyſtema reuocauit ſub examen, aſpere ſatis.

(*l*) Vita CVMBERLANDI a PAYNEO litteris conſecrata, praefationis loco praefixa eſt *hiſtoriae Phoenicii Sanchuniatonis*, quae in Anglorum idiomate prodiit Londini 1720. 8.

varios. *(m)* Inter hos praecipuus eſt Lambertvs Velthvysen, *(n)* cuius *de principiis iuſti ac decori diſſertatio epiſtolica, continens apologiam pro tractatu cl. Hobbeſii de Ciue*, ab initio ſine nomine prodiit Amſtelodami 1651. 12. poſteriores vero editiones nomen aperte praeferunt. In hac autem totus eſt in defendendo Hobbesii libro *de Ciue*. Inſerta etiam eſt Velthvysii operibus iunctim Roterodami 1680. 4. editis, vbi Tomo II. pag. 955. ſeqq. legitur. Oppoſita ei eſt Iacobi Schalleri diſſ. *de principiis decori ad apologiam pro Hobbio conſcriptam*, Argentorati 1656. 4. Idem Velthvysen ſcripſit tractatum *de iuſtitia diuina*



(m Io. Christoph. Becmannvm in *politicis parallelis*, inter ſectatores Hobbesii eminere; praecipue Cap I. §. V. pag. 418. hic animaduerſione dignum eſt.

(n) Lambertvs Velthvysen, vel hoc vnico ſcripto, ingenii acutiſſimi teſſera probauit, ſe ſi quisquam alius, & eruditione & iudicio eſſe ornatisſimum. In *Sui Conſeruatione*, iuris omnis naturalis poſitum eſſe fundamentum, ſtatuit; vnde rationes conficit plures; nimirum iuri naturae congruere id, quod hominis ſalutem neceſſariam commodis augeat; prohibitum autem eſſe, quod mala vera atque impedimenta mortalibus afferat. Iuris gentium etiam indolem adſequutus Velthuyſen, vere diſpeſcit illud in proprium, ſeu ius quod nationes inter obſeruandum, rationi

 con-

& humana, Vltraiecti 1664. 12. in quo necessitatem satisfactionis Christi, & Ius Christianorum, belli gerendi, adstruit. Est quoque inter defensores Hobbesii MENTETVS KETTWIGIVS, I. V. D. qui epistolam scripsit ad GERARD. FELTMANNVM *de veritate philosophiae Hobbesianae, contra* VLRICVM (o) HVBERVM 1695. 8. Inter nostrates illustris vir NICOLAVS HIERONYMVS GVNDLINGIVS in dissertatione *de statu naturali Hobbesii in corpore Iuris ciuilis defenso & defendendo*, Halae 1706. philosophum Malmesburiensem mascule defendit. (p)

§. IX.

conuenienter; & in ius positiuum, siue illud quod lege naturali strictim sumta non praecipitur, sed moribus normisque humanis originem suam debet.

(o) KETTWIGIVS primo de *Ambitu* conscripsit tractatum, quem cum amicis contulit, eiusque calci defensionem philosophiae Hobbesianae, contra Huberum subiecit. Euenit, vt fama hanc rem ad Huberum pertulerit, vnde litteris ad Kettwigium datis, declarauit; se aequo animo calamoque scriptum huius excepturum. At quum interea Huberus fatis concesserit, has chartas supprimere Kettwigius statuit, ne cum vmbra Manibusue certare videretur, sed aliae rationes deinde contrarium suaserunt, quas recenset §. I. opusculi huius.

(p) Exstat etiam GVNDLINGII Dissertatio *de ciue Hobbe-*

§. IX.

Reſtant adhuc, qui ſpeciales quasdam materias illuſtrant. (*q*) Hvgo de Roy tres libros ſcripſit *de eo, quod iuſtum eſt*, recuſos Ienae 1670. (*r*) 12. quibus philoſophiam, Iurisprudentiam atque Theologiam coniungi debere docet. Ioannis Lvdovici Praschii, viri doctiſſimi, exſtant tractatus quidam ſpeciales *de lege caritatis*, (*s*) *de naturali poteſtate in liberos*, *amplitudine Iuris ſocialis*, *odio religionis*, *bono ciue*, (*t*) quae

Hobbeſii edit. 1713. Conf. *Bibliotheca Germanica* Tom. XXIII. Art. VIII. pag. 152.

(*q*) Huc referimus *Iuris Naturalis & Gentium doctrinam metaphyſice aſſertam*; ſiue diſputationem habitam a Fr. Nicol. Concina, Ord. Praedic. e Congreg. B. Inc. Salom. Metaph. P. P. O. Venetiis 1736. in 8.

(*r*) Fauet de Roy priſcae conſuſioni Stoicorum, & ius naturae in rationale & irrationale, ſiue animale, diuidit; quum vero dudum profligatum ſit diſcrimen fallax iſtud, nec brutis naturae ius, ſi ſanum admiſeris vocis ſignificatum, competat, nec in pretio eſt illius liber.

(*s*) Sed virtutes chriſtianas, a philoſophicis nullibi ſecernit Praschivs, hinc plauſum inſignem ſcripta haec non tulere.

(*t*) Idem auctor *deſignationem Iuris naturae ex diſciplina Chriſtianorum* compoſuit; ſaepe autem refellitur a Christ. Thomasio in *freymüthigen Gedancken*, edit. Halae 1689. Etenim Ius naturae cum Theologia morali, eaque reuelata, praepoſtere ac diſtorte confundit.

quae eleganter sunt elaboratae. Lege tamen CHRISTIANI THOMASII *Monathliche Vnterredungen* a. 1689. pag. 76--99. & pag. 206--230. Denique *de fide haereticis seruanda* optime scripsit IACOBVS SCHVLTESIVS.

§. X.

Non defuere, qui, perpetuo nexu Ius naturae & gentium inter se copulata esse, dicerent, vt haud facile possint seiungi. Separanda tamen esse ea, quae natura sunt turpia, a moribus atque institutis gentium, alii iudicarunt. De hoc discrimine agit IOACHIMVS ZENTGRAVIVS, (u) articulo

(u) Contra Pufendorffium ingenium & calamum persaepe acuit ZENTGRAVIVS, sigillatim in Disquisitione de origine, veritate & obligatione iuris gentium, ab auctore citata, addebantur ab isto deinde *Vindiciae Originum suarum contra Pufendorffium* & *Strimesium* An. 1681. Eo collineat etiam ZENTGRAVII *Summa iuris diuini* seu *Isagogica institutio doctrinae de iustitia & iure:* Socialitatem hic dispescit in generalem, ac specialem, illam adpellitat, quae hominibus cum Deo, hanc, quae cum aliis hominibus intercedit; ex priori repetit officia in Deum, ex hac autem elicit inter homines perpetrandas fugiendasque actiones. Sed coagmentata reliqua principia in molem excrescunt ingentem, nec breuibus indicari possunt. Inuehitur

lo VIII. *de iure naturali secundum disciplinam Christianorum*, Argentorati 1678. 4. Eiusdem est *disquisitio de origine, veritate & obligatione Iuris Gentium*, Argentorati 1684. 4. & *specimen doctrinae Iuris naturalis secundum disciplinam platonicam*, Argentorati 1679. 4. Ioannis Wolfgangi Textoris (v) *synopsis Iuris gentium*, Basileae 1640. 4. edita, admodum perspicua est. Davidis Mevii quoque exstat (w) *prodromus iuris gen-*

hitur ceterum in alios & dicax est, nec vbique fidus interpres legum naturalium. In Lvdovici *Delineatione* c. I. §. LXI. pag. 38. legatur succincta systematis eius idea.

(v) Vt vt inscriptio operis huius, solum ius gentium contineat; nihilominus ex capitibus de connubiis, de sui contra vim alterius defensione, obsequio & pietate in parentes, aliisque liquet, id subministrare etiam ea, quae a naturae iure stricte sumto proficiscuntur. Suggessit de isto auctore quaedam Io. Iacobvs Mvllervs *in Guilielmi Grotii Enchir. de principiis iuris naturae commentat.* pag. 11. sq. edit. Ienae 1696. 8.

(w) Honorifica non sunt, de isto Mevii libro, testimonia multorum; nam refert Meuius ad statum integritatis omnia; cuiusmodi principium, nostra aetate nec commendabile est, nec veritate communitur. Moralitatem etiam arbitrariam defendit Meuius, internam bonitatem prauitatemque actionum repudians; cui sententiae subscribere non possumus; nec iis quae de mutatione & dispensatione legum diuinarum perperam pronunciat.

gentium communis, Stralſundae 1680. 8. qui etiam ſuam laudem habet, licet plenius opus quod promiſerat, non fuerit inſecutum. His addi poſſunt Io. IACOB. MÜLLERI *Inſtitutiones Iurisprudentiae gentium*, Ienae 1694. 8. SAMVELIS FRIDERICI WILLENBERGII *Sicilimenta Iuris gentium prudentiae, ex Grotio variorumque virorum celeberrimorum ſcriptis collecta*, Lipſiae 1711. 8. FRIDER. AVG. HACKMANNI *Iurisprudentia vniuerſalis diuina*, Helmſtadii 1712. 8. IOANNIS CHRISTIANI RIEDELII *Verum ius gentium*, Lipſiae 1715. 12. Neque reticeri prorſus debent celeberrimi viri IVSTI HENNINGI BOEHMERI (x) *Introductio in Ius publicum vniuerſale, ex genuinis Iuris naturae principiis deductum, & in vſum Iuris publici particularis quarumcunque rerumpublicarum adornatum*, Halae 1716. 8. & IOANNIS SALOMONIS BRVNQVELL *eröffnete Gedancken von dem allgemeinen Staats-Recht, vnd deſſen nöthiger Excolirung*, Ienae 1721. 8.

§. XI.

Initio ſuperioris ſeculi notabilis haec con-

(x) Vix vllius gentis, aetatis, hominem inueneris, cuius merita tum in omni iurisprudentia, tum in naturali, BOEHMERI illuſtris ſcriptis compares.

controuerſia fuit de eo, *an mare haberi poſſit in dominio?* Controuerſia agebatur inter Belgas atque Britannos, ratione maris Britannici, cuius vſum liberum eſſe volebant Belgae, ſibi illum ſolis vindicantibus Britannis. Ciuium ſuorum cauſſam defendit Hvgo Grotivs *in mari libero*, Lugduni Batauorum 1609. 8. edito, poſt ſaepius recuſo. (*y*) Primum prodiit ſub tit. diſſertationis *de Iure, quod Batauis competit ad Indicana commercia*, XIII. *capitibus diuiſum*, apud Elzeuirios, ſuppreſſo auctoris nomine. Catalogum editionum vel tricies (*z*) tam in Belgio, quam in Germania, repetitarum, dedit Lehmannvs in *Vindiciis Grotianis*, pag. 727. ſequ. Infirmiora videbantur, quae a Grotio dicta, dum iuuenis adhuc eſſet, multum tamen in iisdem refutandis occupatus fuit Ioannes Seldenvs *in mari clauſo*, (*b*) Londini 1635. fol. (vide

(*y*) In opere auro contra nobis cariori, de *iure belli & pacis*, pluribus, euicit ſententiam ſuam de dominio maris, rationibus; interdum quoque retractata ſunt in diſſertatione de mari libero adferta.

(*z*) Iuncta eſt M. Zverii Boxhornii *pro nauigationibus Hollandorum aduerſus* Pavlvm Hevtervm *Apologia*, Lugduni Batauorum 1633.

(*b*) Cuius prodierunt etiam *vindiciae maris clauſi* Londini 1653. 4.

(vide eundem LEHMANNVM l. c. pag. 733. f.) SELDENO (c) se opposuit IOANNES ISAACVS PONTANVS, (d) *discussionum historicarum libris* II. Argentorati 1617. 12. Harderuici 1627. & 1637. 8. Latius vero serpsit haec controuersia, atque ad alias quoque gentes haec materia deducta fuit. Ita SERAPHINVS *de* FREITAS scripsit *de iusto imperio Lusitanorum Asiatico, aduersus Grotii mare liberum*, Pinciae 1625. 4. *De dominio reipublicae Genuensis in mari Ligustico*, Lib. II. egit IOANNES BAPTISTA BVRGVS, Romae 1641. 4. IVLIVS PACIVS *a Beriga disceptationem* edidit *inter regem Hispaniae ob regnum Neapolitanum de dominio maris Adriatico, & inter Rempublicam*, Lugduni 1619.

(c) Hac de quaestione videndi sunt MORHOFIVS *Polyhist.* Tom. III. Lib. VI. Sect. I. § VI. pag. 559. & REIMMANNVS in *historia antediluuiana* pag. 227. Conf. etiam HERMANNI CONRINGII disput. *de Dominio maris*, edit. 1676. in 4. CORNELII VON BYNCKERSHOECK de *dominio maris* dissertatio, addita de *Lege Rhodia de iactu* libello impresso Hagae Batauorum 1703. 12. MARTINI SCHOOCKII *imperium maritimum* Amstelodami 1654. 8. recus. 1669. 12. Io. STRAVCHIVS de *imperio maris*. Brunsu. 1662. 4.

(d) Danorum iura PONTANVS adstruxit praecipue in discussionibus suis; hinc magis specialiora vindicauit iura suae gentis, quam publica vniuersalia.

1619. 8. Sic etiam Seldeni ſententiam fouet Gvilielmvs Welwood *de dominio maris, dominiique iuribus*, Hagae 1653. 4. *Burgo* tamen & *Welwoodo* reſpondet Theodorvs Graswinckelivs in *vindiciis maris liberi*, Hagae 1653. 4. Venetorum iura in mari Adriatico alias defendit Ioannes Palativs in *Leone maritimo, ſeu de dominio maris*, Venetiis 1663. 12. Ioachimvs Hagenmeiervs *de imperio maris* variorum congeſſit (e) diſſertationes, Francofurti 1663. 12. Alios de iure maritimo ſcriptores nominauimus in *bibliotheca Iuris*.

§. XII.

De *iuribus belli* (f) agit Adamvs Pibetzcky in *faſciculo diſſertationum de indictione*

(e) Clariſſimorum de hoc argumento ſcriptorum collectio, nimirum Grotii, Pacii, Iacobi Gothofredi, & Martini Schoockii, typis impreſſa eſt Francofurti 1669. 12.

(f) Quae vndique in libris Bynkershoekii pellucet doctrina egregia, deprehenditur etiam in *Quaeſtionum iuris Publici Libris* II. quorum primus eſt de *Rebus bellicis*; ſecundus de rebus varii argumenti; Lugduni Batauorum 1737: quibus vix planius quidquam eſſe poteſt vel explicatius. Conf. *Bibliotheque Raiſonnée des Ouvrages des Savans de l'Europe*. A. MDCCXXXVII; Tom. XIX. Part. I. Art. V. pag. 114. ſqq.

ctione belli per feciales , de bello, de induciis & armistitiis , de victoria, pace & foederibus, Francofurti 1672. 12. Accuratior tamen est RICHARDI ZOVCHAEI *iuris & iudicii fecialis*, (g) *siue iuris inter gentes explicatio*, Lugduni Batauorum 1651. 12. in qua praeter iura belli, generalem quoque iuris gentium rationem exponit. (h) ALBERICVS (i) GENTILIS libris duobus *de armis Romanis*, Hanouiae 1612. 8. eadem ab iniustitiae culpa vindicare conatur. (k)

§. XIII.

(g) Controuersias illustrium, tam seculi decimi & sexti, quam decimi septimi ZOVCHAEVS descriptas, ac rationibus ab vtraque parte communitas, in hoc libro dedit; quo nomine inprimis in eo laudando certant veritatem amantes.

(h) Quaestiones iuris, de bello perplures erudite exposuit LOYS DE BOCHAT, in *Dissertation sur deux Questions importantes de Droit Naturel*, *concernant les Engagemens des Soldats, qui s'enrollent au service des Souverains étrangers*, *pour servir de Reponse à une Lettre adressée sur ce sujet à Mr.* de CROVSAZ *Professeur en Philosophie à Groningue*, inserta *Journal Litteraire* Tom. XII. Part. I. Art. XII. & *Bibliotheque Germanique* Tom. XI. Art. I. pag. 1. & Tom. XII. Art. X. pag. 142. sqq.

(i) De viro hoc disserit GISBERTVS VOETIVS, Polit. Eccles. T. II. pag. 171.

(k) Hunc aeque ac antecedentes §phos, scriptores ii illustrarunt praesertim, qui Corpora Vniuersalia iuris Gentium, vel complexum & legum & morum, a populis vsu confirmatorum, posteris tra-

§. XIII.

Vltimo loco dicendum erit *de legatis & lega-*

tradiderunt. Graui hinc, nisi fallor, de ratione commendandus est: *Codex iuris gentium diplomaticus*, in quo tabulae authenticae actorum publicorum, tractatuum, aliarumque rerum maioris momenti per Europam gestarum, pleraeque ineditae vel selectae, ipso verborum tenore expressae ac temporum serie digestae, continentur; a fine seculi vndecimi ad nostra vsque tempora aliquot tomis comprehensus: quem ex manuscriptis praesertim bibliothecae Augustae Guelferbytanae codicibus, & monimentis regiorum aliorumque archiuorum, ac propriis denique collectaneis edidit G. G. Leibnizivs Hanouerae 1693. fol. nec non notissimum opus *Corps Vniversel Diplomatique du Droit des Gens*, quod inde ab aeuo Caroli M. sistit praecipua gentium iura eaque positiua. Vt & Barbeyracii *Supplement au corps universel diplomatique du Droit des gens, contenant l' histoire des anciens traités, ou recueil historique & chronologique des traités repandus dans les Auteurs Grecs & Latins, & autres monumens de l' antiquité, depuis les tems les plus reculés, jusques à l' Empire de Charle-Magne.* Accessit *Recueil de traités d' alliance, de paix, de trêve, de neutralité, de commerce, & de garantie; des conventions, pactes & concordats, & autres contrats, qui avoient échapé aux premieres recherches de Mr.* dv Mont; *continué jusqu' à present par Mr.* Rovsset, *enrichi d' une table generale des matieres contenues dans le corps diplomatique & dans le supplement; avec le cérémonial diplomatique des cours de l' Europe, ou collection des*

 Actes

legationum iuribus, in quantum sunt consi-dera-

Actes, Memoires & relations, qui concernent les dignités, titulatures, honneurs & préeminences, les fonctions publiques des Souverains, leurs immunités & franchises, leurs démélés &c. recueilli en partie par Mr. DV MONT, *mis en ordre, & considerablement augmenté par Mr.* ROVSSET, *membre des Académies de Sciences de S. Petersbourg & de Berlin.* Moles haec litteraria quinque Volum. in fol. continet excus. Amstelodami 1739. Ceterum constat inter omnes, seculi huius anno primo BERNARDVM *Recueil des Traitez & autres Actes publics* exarasse in IV. Vol. in fol. quem continuauit auxitque DVMONT promulgato libro in VIII. Vol. dicto: *Corp universel diplomatique du Droit des gens.* Compendium vero vtilissimum adornauit celeberrimus noster Io. IACOBVS SCHMAVSS, in *corpore iuris gentium academico, enthaltend die vornehmsten Grund-Gesetze Friedens- und Commercien-Tractate, Bündnisse und andere Pacta der Königreiche, Republiquen und Staaten von Europa, welche seither zweyen seculis bis auf den gegenwärtigen Congress zu Soissons errichtet worden*, Lipsiae 1730. II. Vol. 8. id ad exemplum Corporis sui *Iuris Publici* S. R. I. Francofurti & Lipsiae 1727. impressi confecit. Permulti alii collectores exstant, qui in re vtilissima hac desudarunt, quorum nomina leges in stupendae & ferreae diligentiae opere, quod quo haec scribimus tempore prodiit, auctore PETRO GEORGISCH, viro consultissimo, Iuriumque Doctore praeclarissimo; titulus est: Regesta *Chronologico-Diplomatica*, Francofurti, & Lipsiae 1740. fol. in quibus recensentur omnis generis monimenta & documenta publica, vti sunt, tabulae conuentionum, foederum,

derationis iuris gentium. Faciunt huc *Selecta*

derum, pacis, armiftitiorum, mutuae amicitiae, neutrarum partium, commerciorum, transactionum, emtionum venditionum, permutationum, obligationum, oppignorationum, donationum, diuifionum, incorporationum; nec non capitulationes, concordata, fanctiones pragmaticae, pacta conuenta, conftitutiones, praecepta, placita, edicta, decreta, bullae, refcripta, mandata, protectoria, conferuatoria, panchartae, conceffiones, fundationes, dotationes, aliaque priuilegia & immunitates; litterae item feudales, clientelares, homagiales, reuerfales, compromifforiales, refutatoriae, reftitutoriae, ratificatoriae, referuationis iurium & proteftationum, pacta quoque matrimonialia, dotalia, diuifionis haereditatum, fideicommiffa, teftamenta, codicilli, res iudicatae, fententiae arbitrales; & quae funt alia publico nomine ac folenniter acta, litterisque confignata, rerum praecipue Germanicarum praefidia. Omnia in fummas fuas contraxit editor celeberrimus; iuxta annorum dierumque quos praeferunt, feriem digeffit, temporisque fubnotationes medii aeui more expreffas, cum noftro computandi modo compofuit. Nihil vero perinde dolemus, quam quod prelo nondum excufum fit opus auro contra carius MS. Strvvii noftri, cui titulus: Corpvs Ivris Gentivm *fiue iurisprudentia Heroica*, comprehendens ea, quae inter gentes obtinent, fecundum ius perfonarum & rerum adplicata; argumentis ex iure naturae & gentium petitis, innumeris exemplis ex actis publicis editis & ineditis, atque hiftoriarum monimentis omnis aeui illuftrata IV. Tomis conftans. Liber primus agit:

 I. de

lecta ex libris Polybii de legationibus, cum notis FVLVII VRSINI, Antwerpiae 1582. 4.

Se-

I. de iure gentium in vniuersum. II. de Fide & vtilitate publica. III. de obseruantia, iudicio & arbitrio inter gentes. IV. de Fato an locum habeat in publicis. V. de Illustrium personis. VI. de Regis Regum Titulo. VII. de Sponsalibus & Nuptiis illustrium. VIII. de Matrimoniis in gradibus prohibitis. IX. de Iure dispensandi circa Matrimonia illustrium. X. de Matrimoniis per Procuratorem illustrium. XI. de Matrimoniis Illustrium Impuberum. XII. de Matrimoniis inter personas diuersae religionis illustrium. XIII. de Matrimoniis ex ratione Status illustrium. XIV. de Matrimoniorum inter illustres restricta facultate. XV. de Matrimonio inaequali illustrium maritorum. XVI. de Matrimonio inaequali illustrium, a parte vxoris. XVII. de Matrimonio Virgineo & conscientiae illustrium. XVIII. de Matrimoniis secundis illustrium. XVIIII. de Imperio mariti in vxorem. XX. de Dote & Pactis Dotalibus illustrium. XXI. de Donatione propter nuptias illustrium. XXII. de Dotalitiis illustrium XXIII. de Polygamia illustrium. XXIV. de Repudiis illustrium. XXV. de Diuortiis illustrium Germaniae. XXVI. de Diuortiis Regum & principum exterorum. XXVII. de Raptu illustrium. XXVIII. de Illustrium libidine. XXIX de Concubinis illustrium. XXX. de liberis naturalibus illustrium. XXXI. de Partu suppofito, XXXII. de Iurisprudentia priuata illustrium. XXXIII. de Patria potestate illustrium. XXXIV. de Adoptionibus illustrium. XXXV. de Emancipatione illustrium. XXXVI. de Legitimatione illustrium. XXXVII. de Tutelis & Cura illustrium. XXXVIII. de Maiore illu-

Secutus hunc fuit David Hoeschelivs, qui *eclogas legationum diuersorum auctorum* congessit,

illustrium aetate. xxxix. de Curatore Foeminae illustris. xl. de Regibus & principibus captiuis. xli. Monasteria Principum carceres. xlii. de Poenis illustrium. xliii. de Proscriptis. xliv. de Seruitute Iuris Gentium personali. LIBER SECVNDVS. Cap. i. de Summa Potestate. ii. An Maiestas sit immediate a Deo. iii. de Regum Maiestate. iv. de Monarchomachis. v. de Obedientia passiua. vi. de Pactis Conuentis. vii. de Depositione ac coercitione Imperantium. viii. de Causis depositionis. ix. de Regum Principumue Abdicatione. x. de Principe legibus soluto. xi. de Consortibus Regiminis. xii. de Reginae maritis. xiii. de diuersis Regum Speciebus. xiv. de Imperio muliebri. xv. de Pseudo-Regibus. xvi. de Caesarie, Regio olim insigni. xvii. de Summorum Imperantium Iure in alieno territorio. xviii. de Templorum & locorum Religiosorum sanctitate. xix. de Mari libero & imperio maris, & Iure submittendi vela, *vom Segel-Streichen*. xx. de Seruitutibus Iuris Gentium. xxi. de Vsufructu Iuris Gentium. xxii. de Praescriptionibus. xxiii. de Successione illustrium. xxiv. de Successione solitaria illustrium. xxv. de Iure Primogeniturae. xxvi. de Paragio & Apanagio. xxvii. de Successione secundo geniti prae primogenito. xxviii. de Successione fratris prae filio illustrium. xxix. de Successione foeminea. xxx de Successione lineali agnatica & cognatica. xxxi. de Iure Repraesentationis. xxxii. de Iudice in controuersa successione. xxxiii. de Testamentis illustrium. xxxiv. de Exhaereda-

gessit, Augustae Vindelicorum 1602. 4. DEXIPPI atque EVNAPII *excerpta de legatio-*

dationibus illustrium. xxxv. de Successionis Renunciatione illustrium. xxxvi. de Vulgari & pupillari Substitutione. xxxvii. de Fideicommissis illustrium. xxxviii. de Iuramentis illustrium. xxxix. de Iure maioris partis.
LIBER TERTIVS. Cap. i. de Adquisitione Iuris Gentium. ii. de Pactis, Obligationibus, Metus exceptione & Restitutione illustrium. iii. de Alienationibus illustrium. iv. de Permutationibus illustrium. v. de Iure Pignoris & hypothecae illustrium. vi. de Obstagio & Fideiussionibus illustrium. vii. de Mandatis illustrium. viii. de Donationibus illustrium. ix. de SCto Velleiano illustrium. x. de Obsidibus illustrium. xi. Scriptores de Legatis. xii. de Legatis in genere, horum nomine. xiii. de Legatorum differentiis. xiv. Quinam ius habeant mittendi legatos. xv. Controuersiae de Iure Legationum. xvi. de Legatorum Qualitate. xvii. de Legatorum numero. xviii. de Muneribus Legatorum xix. de Legatorum Reiectione. xx. de Legatorum Exmissione. xxi. de Legatorum Sanctitate. xxii. de Legato proditore. xxiii. de Legatorum iure reuocandi domum. xxiv. de Asylis Legatorum. xxv. de Legatorum contractibus xxvi. de Legatorum delictis publicis & poenis xxvii. de Exercitio domestico Religionis Legatorum. xxviii. de Legatorum Violatione. xxix. Iniuriae Legatis factae causa belli. xxx. Poena illorum, qui legatos violauerint. xxxi. de Familia, Comitibus & suppellectile legatorum. xxxii. de Fecialibus.
LIBER QVARTVS. Cap. i. de Aequilibrio Europae. ii. de Latrocinio Gentis in Gentem. iii.

tionibus exſtant graece & latine cum notis Henrici Valesii, Pariſiis 1648. 4. (*l*) Elegans eſt tractatus Alberici Gentilis *de legationibus*, Londini 1585. 4. & quae ſcripta ſunt alia, de quibus partim capite ſuperiore inter politicos aliqua diximus. Nec omittendus eſt Richardi Zovchaei *de legati delinquentis iudice competente libellus, & quaeſtio vetus ac noua: an legatum, aduerſus prin-*

III. de Bello & eius Iure. IV. de Cauſis & Iuſtitia belli. V. de Belli initiis. VI. de Indictione belli. VII. de eo, quid in bello liceat vel non. VIII. Captae vrbes per aquaeductum. IX. de More ſe deuouendi pro victoria. X. de Iure Poſtliminii. XI. de Principum Duellis. XII. de Colloquiis Principum. XIII. de Auxiliis Foederatorum. XIV. de Neutralitate. XV. de Praedonibus atque Piratis. XVI. de Praedonibus priuilegiatis *von* Freybeutern. XVII. de Contributionibus bellicis. XVIII. de Iure Amneſtiae. XIX. de Induciis. XX. de Iure, mediatione & congreſſu Pacis. XXI. de Pacis Inſtrumentis. XXII. de Foederibus.

(*l*) Inter praecipua ſcripta numeramus: *Legatum*, ſeu *Opus* Caroli Paschalii *regii conſiliarii, & in Normanniae ſenatu aduocati generalis*. Diſtinctum in LXXVII. capita, acceſſit graecarum dictionum interpretatio & index. Rothomagi 1598. 8. ac Pariſiis 1612. Auctor ipſe munere legati functus eſt, adeoque experientia edoctus ſcripſit. Elzeuirius iterum 1645. in 12. hunc librum prelo ſubiecit, vt & eiusdem *Legationem Rheticam* Pariſiis 1620. 8. impreſſam, res exhibentem, quae vix in vllo alio libro occurrunt.

principem vel rempublicam, ad quam missus est, delinquentem saluo iure gentium capere liceat, Argentorati ac Parisiis initio superioris seculi edita, & Coloniae ad Spreuum 1669. 4. recusa. Vt taceam scriptores alios, quos supra iamdudum inter politicos memorauimus. (m)

(m) *Le Ministre Public dans les Cours étrangeres, ses fonctions & ses prérogatives par le Sieur* I. DE SARRAS DV FRANQVENAY, exiit Parisiis 1731. in 12. cui libro beneuole applauserunt nonnulli. Etenim ex iuris publici fontibus deriuat, quidquid huius disciplinae magistri propinare solent, atque exemplis illustrat dicta amoenissimis. Conf. *Journal des Sçavans Juillet* 1731. pag. 401. seqq. Prodierunt etiam: *Les Droits des Ambassadeurs & des autres Ministres publics les plus éminens, avec un Tableau qui représente les Ministres négocians à plusieurs Cours de l'Europe dans les années* 1730. & 1731. *par* IEAN VHLICH *Avocat Saxon* in 4. Reliqui scriptores in Politicorum catalogo comparent §. XXV.



CAPVT

CAPVT IV.

DE

SCRIPTORIBVS OECONOMICIS, AVCTORIBVS LEXICORVM PHILOSOPHICORVM ATQVE COLLECTIONIBVS DISSERTATIONVM.

§. I. *Scriptores Oeconomici.* §. II. *Scriptores, qui Lexica Philosophica condiderunt.* §. III. *Scriptores, qui dissertationes philosophicas coniunctim ediderunt.* §. IV. *Peroratio.*

§. I.

Partem olim philosophiae practicae faciebat disciplina Oeconomica, idque ideo, quia ARISTOTELES eandem simul sub illa comprehenderat. Exstant enim eiusdem *Oeconomica, seu de rebus domesticis,* liber vnus, graece Francofurti 1587. 4. ex versione latina & cum adnotationibus IACOBI LVDOVICI, Parisiis 1644. 4. & cum notis LEONARDI ARETINI, (*a*) Lipsiae 1511. fol.

(*a*) Facilitate dictionis ac perspicuitate, satis accedit ad Ciceronem ARETINVS, sed neruis aliisque virtutibus

fol. & Parisiis 1529. f. (*b*) Referendi huc ex scriptoribus Romanis, M. PORCII CATONIS liber *de Agricultura*, post *Auson. Popmam a Ioanne Meursio*, Lugduni Batauorum 1498. 8. editus. M. TERENTII VARRONIS *de re rustica libri tres*, *cum notis Ios. Scaligeri & Petri Victorii castigationibus*, Lutetiae 1573. 8. apud Henr. Stephan. Ambo cum L. MODERATI COLVMELLAE (*c*) libris XII. *de re*

tutibus aliquot destituitur, alicubi vix tuetur Romani sermonis castimoniam; alioqui vir doctus & pius: Vid. ERASMVS in *Ciceroniano*. & IACOBVS PHILIPPVS BERGOMENSIS in *Supplem. Chronic.* ad Ann. MCCCCXVI. IOANNES TRITHEMIVS de *Scriptoribus Ecclesiasticis* Cap. DCCXLVI. IANVS IACOBVS BOISSARDVS Parte I. *Virorum illustrium icone* XVI. MARTINVS HANKIVS de *Roman. Rer. Script.* Lib. I. Part. I. Cap. XLV. pag. 199.

(*b*) Prae caeteris nominandus est, inter antiquos hac de re scriptores, XENOPHON *de Oeconomia*, quem nuper in Germanorum transtulit vernaculam nobilissimus BARTHOLDVS HENRICVS BROCKESIVS, cum praefatione beati Io. ALBERTI FABRICII, Hamburgi 1734. 4. De HESIODO nihil addo, quum fuse de eo aeque ac de ARISTOTELE, in Bibl. Graeca disputauerit idem FABRICIVS; Aristotelem vero secutus est, licet non passibus aequis, FELLWINGERVS in *explicatione Politica rationis ditescendi* Francofurti ad Moenum 1652. 8.

(*c*) Vid. *Geoponicorum siue de re rustica libri* XX. CASSIANO BASSO *scholastico collectore*, *antea* CON-

re rustica & PALLADII libris XIV. de eodem argumento, excusi etiam sunt Venetiis 1533. 8. *apud haeredes Aldi.* Iidem quatuor viri primum prelum exercuerunt Bononiae 1494. fol. cura PHIL. BEROALDI, qui commentarios adiecit. COLVMELLA & PALLADIVS bis in vernaculum sermonem transfusi sunt: primum Argentorati 1538. fol. interprete MICH. HERREN, secundum vero a THEODORO MAIO, Magdeburgi 1612. fol. (d) In *Aristotelis oeconomica* autem commentatus fuit IOACHIMVS CAMERARIVS, Francofurti 1583. 8. qui etiam edidit Ἐκλεκτα γεωργικα seu *Opuscula quaedam de re rustica, partim collecta, partim composita a* IOACHIMO CAMERARIO, Norimbergae 1596. 8.

CONSTANTINO PORPHYROGENETO *a quibusdam adscripti, graece & latine, Scriptores* autem *rei rusticae veteres latini*, CATO, VARRO, COLVMELLA, PALLADIVS; quibus nunc accessit GARGILII MARTIALIS fragmentum, & VEGETIVS *de Mulo-Medicina*, cum editionibus prope omnibus & MStis pluribus collati; adiectis notis clarissimorum virorum, tum editis tum ineditis, & *Dictionario rei rusticae*, curante Excellentissimo collega nostro Io. MATTHIA GESNERO, Eloqu. P. P. II. Volum. 4. 1735. prodierunt Lipsiae.

(d) PLINIVS in *Historia naturali* de re rustica passim etiam commentatus fuit, sed historiam eius potius concinnauit, quam artis regulas.

8. Ex iisdem principiis (*d*) *Oeconomiam* suam instruxit GVALTERVS DONALDSONVS & BARTHOLOMAEVS KECKERMANNVS, Hanouiae 1607. 12. Iungendi his sunt CONRADI HERESBACHII (*dd*) *rei rusticae* libr. IV. Coloniae 1571. & Spirae 1594. 8. & THEODORI ZWINGERI *methodus rustica Catonis & Varronis praeceptis aphoristicis per locos communes digestis*, Basileae 1576. 8. IOANNIS CASII *Thesaurum Oeconomiae Aristotelicae*, Oxoniae 1597. 4. allegat STOLLIVS *hist. erudit.* Tom. III. Cap. VI. §. VII. pag. 736. Sed, quum saniores bene perspicerent, oeconomiam non tam regulis addisci, quam praxi, eandem in Academiis non am-

(*d*) Add. *De omnibus agriculturae partibus, & de plantarum animaliumque natura & utilitate Lib. XII. non minus Philosophiae & Medicinae, quam oeconomiae, agricolationis, pastionumque studiosis utiles. Per exercitatum atque optimum agricolam & philosophum* PETRVM CRESCENTIENSEM *principem Reip. Bononiensis, probata fide & doctrina conscripti ad Carolum Siciliae Regem*, ante An. CXXX. Ad auctoris tempore scripta exemplaria denuo collati & emendati Basileae 1548. in fol. Plures exstant libri huius editiones, de quibus celeberrimus GESNERVS noster in praefat. ad scriptores rei rusticae pag. 17. seqq.

(*dd*) Leges rei agrariae, in dialogis proposuit HERESBACHIVS perplures, quas partim ex scriptura sacra, partim ex aliis libris collegit.

amplius tractarunt. Commendatur vero a PASCHIO *de Inuentis nouantiquis* CHRISTOPHORI FISCHERI (*ddd*) S. I. *Oeconomia suburbana*, Pragae 1679. & 1683. 4. duobus tomis vulgata, locusque non postremus inter rei rusticae scriptores hodiernos auctori tribuitur. Exstat etiam IO. IACOBI AGRICOLAE *Schauplatz des allgemeinen Haushalten*, Nordlingae 1676. 4. (*e*) Aestimatur aliis ANDREAE GLORENTZII *Haus- vnd Land-Bibliothec*, Ratisb. 1670. 4. tomis f. & Norimberg. 1719. 2. tomis fol. Item 1707. fol. & praecipue WOLF HELMHARD, *Herrn von* HOHBERG, *Georgica curiosa aucta*, d. i. *Bericht vnd Vnterricht vom Adelichen Land- vnd Feld-Leben, auf alle in Teutschland übliche Land- vnd Haus-Wirthschafften eingerichtet*, Norimbergae 1682. f. III. *Theile mit Kupffern*, licet eiusdem praescripta oeconomica magis ad terras Austriacas adplicari possint, quam ad

(*ddd*) Pars prior 1679. posterior autem & postuma 1683. prodiit. Fuit auctor e societate Iesu, atque hoc scripto nominis est consecutus celebritatem; conf. de eo generosissimus de ROHR *in der compendieusen Hausbaltungs-Bibliotheck* pag. 94. seqq.

(*e*) Eiusdem AGRICOLAE exstat *Fürsichtiger Weidemann oder Beschreibung vom Jagen*, cum tabulis aeneis. Nordlingae 1578.

quam ad alias. (*e*) Recensum eius dederunt cel. auctores *Actorum Eruditorum* 1683. pag. 313. seqq. Prodiit etiam *Schlesisches Wirthschaffts-Buch*, Wratislauiae 1703. 8. recusum Lignizii 1712. 4. &, quod ad eiusdem imitationem emissum est, *Saechsisches Land-vnd Hauss-Wirthschaffts-Buch*, (*ee*) Lipsiae 1711. 4. (*f*) Addendi sunt anonymi *klu-*

(*e*) Quae in optimis hac de re scriptoribus passim occurrunt, sedulo composuit auctor hic eximius, quem reliqui Oeconomiae cultores tanquam coryphaeum sequuntur.

(*ee*) Praecipua tituli verba haec adiungenda sunt: *oder neuverbesserter* COLERVS, qui auctor locupletissimus merito adpellatur in Saxonia.

(*f*) Addimus ex recentioribus ANASTASII SINCERI *Proiect der Oeconomie in Form einer Wissenschafft, nebst einem vnmasgeblichem Bedencken, wie diese Wissenschafft beydes in Theoria vnd Praxi mit mehrerem Fleis vnd Nutzen getrieben werden könne*, Francofurti 1716. 4. vid. *Acta erudit. German.* Vol. IV. pag. 734. nec non librum: *Allgemeiner kluger vnd recht verständiger Hausvater*, *Nürnberg* 1722. II. Tom. in fol. *Compendieuses vnd nutzbares Haushaltungs-Lexicon*, *Chemnitz* 1728. 8. Nota quoque est *die Oeconomische Fama*, quae de variis ad oeconomiam spectantibus rebus, mediisque speciatim, artem hanc augendi perpoliendique, agit, edita Francofurti ad Oderam 1729. *Arcana oeconomiae & commercii*, Tom. I. Holmiae 1731. exierunt. GOTTFRIED AVGVSTI HOFFMANNI, Iuris Pract. *Prudentia oeconomica in formam artis redacta*, prodiit. Dresdae 1731. 8.

kluger Landmann, oder recht gründlicher vnd zuuerlaessiger Vnterricht, wie man das Hauswesen nützlich anfangen, in guten Stand erhalten, in vielen Stücken verbessern, vnd denn auch mit grossen Vortheil geniessen möge, II. *Theile, Franckfurt vnd Leipzig* 1713. 4. IOANNIS IOACHIMI BECHERI *kluger Hausvater, verstaendige Hausmutter, vollkommener Land-Medicus, wie auch wohlerfahrner Ross- vnd Vieh-Artzt*, &c. Lipsiae 1709. 12. & 1721. 12. atque alii; quos huc transcribere nihil adtinet. Historiam disciplinae *oeconomicae* qui scripserit, non occurrit praeter STOLLIVM, qui

8. in qua tam priuatae quam publicae oeconomiae praecepta edisseruntur, accessit Rudigeri praefatio. Conf. *Acta Erudit. Germ* Part. CLVII. Art. II. pag. 34. seqq. IVSTI CHRISTOPHORI DITHMARI, *Einleitung in die oeconomische Policey vnd Cameral Wissenschafften, nebst einem Verzeichniss eines zu derselben Erlernung dienlichen Bücher Vorraths, zum Gebrauch seiner Academischen Lectionen*, edit. Francofurti ad Oderam 1732. *Vernünfftige Anleitung zur Oeconomie vnd Kunstmässigen Verbesserung des Feldbaues* &c. ab AMBROSIO ZEIGER, Islebiae 1734. conscripta. Inter Suecos IACOBVS SERENIVS composuit *Engelska Ackermannen och Faaraherden*, h. e. Agricolam Anglicanum, & pastorem ouium Anglum, Holmiae 1727. 8. Optima quaeuis decerpta sunt ex EVELYNII, BRADLEYI, LAVRENCII & MARCKHAMII libris. Eodem anno MAGNVS STRIPDSBERGIVS composuit

qui praecipuos illius auctores in *histor. litter.* Tom. III. Cap. V. ex IVLII BERNARDI A ROHR *compendieusen Haushaltungs-Bibliotheque, darinnen die neuesten vnd besten Auctores, die so wohl von der Haushaltung überhaupt, als vom Ackerbau, Viehzucht, Iaegerey, Gaertnerey, Kochen, Bierbrauen, Weinbergen, Waeldern, Bergwercken u. s. f. geschrieben, recensirt vnd beurtheilt werden,* Lipsiae 1716. 8. maximam partem excerptos nominauit. Idem

posuit *En grundelig Kundskab om Swenska aokerbruket*, i. e. *Gründlicher Vnterricht vom Schwedischen Ackerbau.* Ex Anglis huc spectant *New Improvements of Planting and Gardening both Philosophical and Political* in tribus partibus, cuius editio VI. Londini 1731. publicata est. *The Horseing Husbandry, or, an Essay on the Principles of Tillage and Vegetation, where in is shewn a method of introducing a sort of Vinegard-Culture in to the Cornfields, in ordre to increase their Productly and diminish the common Expence by the Vse of instrument described in Cuts.* Londini 1733. *Lexicon Oeconomicum* autem prodiit Lipsiae 1731. cui titulus est. *Dictionaire oeconomique, contenant divers moyens d' augmenter son bien, & de conserver sa santé, avec plusieurs remedes assurés & éprouvés, pour un tres grand nombre de maladies, & de beaux secrets pour parvenir à une longue & heureuse vieillesse. Quantité de Moyens pour elever, nourrir, guerir & faire profiter toutes sortes d' animaux domestiques, comme*

Idem vir generosus *historiam oeconomices* promisit; & praeter laudatam *bibliothecam* dissertationem *de excolendo studio oeconomico tam principum quam priuatorum*, conscripsit Lipsiae 1712. 4; praecipue vero, quum *das vollstaendige Obersaechsische Haus-Wirthschaffts-Buch* Lipsiae 1722. 4. vulgaret, de hac disciplina optime meritus est. (g)

§. II.

me brebis, moutons, boeufs, chevaux, mulets, abeilles & vers de soye. Differens filets pour la pêche de toutes sortes de poissons, & pour la chasse de toutes sortes d' animaux & oiseaux, &c. *une infinité de secrets découverts dans le Jardinage, la Botanique, l' Agriculture* &c. *par M.* NOEL CHOMEL. Praestabat alias editio Amstelodamensis quae exiit 1728. in 4. sed maxime auctus est hic liber a M. P. DANIOV, accesserunt etiam figurae aeneae Lugduni 1732. in fol. interque praestantissima scripta artis huius merito refertur, eo magis, quum tam publicae, quam priuatae Oeconomiae, in eo habita fuerit ratio.

(g) Speciales heic auctores partium oeconomiae, auctor omisit, ob numerum infinitum eorum; nos quoque catalogum istum pandere nolumus; perutiles tamen nonnullos scriptores recentiores nominasse iuuat. v.c. *Nouveau Theatre d' agriculture & Menage de camps; par Mr.* LEGER Amstelodami 1713. 4. De equis: vid. *La Connoissance parfaite des Chevaux, contenant la Maniere de les*

§. II.

Placet iam & illos nominare, qui *lexica philosophica* composuerunt. IOANNES BA-

les gouverner, nourrir & entretenir en bon corps, & de les conserver en santé dans les voyages. Avec un detail general de toutes leur maladies, des signes & des causes, d'ou elles proviennent, des moyens de les prevenir & de les en guerir par des remedes experimentez depuis long tems, & à la portée de tout le monde, &c. auctore M. DESCAMPES, Parisiis 1730. 12. cum figuris aeri incisis. De commercio conf. *Dictionaire universel de commerce, contenant tout ce qui concerne le Commerce, qui se fait dans les quatre Parties du Monde, par Terre, par Mer, de proche en proche, & par voyages de long cours, tant en gros qu' en detail, &c. Tome III. pour servir de supplement aux deux premiers Volumes, composé en partie sur les Memoires de feu Sieur* JACQVES SAVARY, DES BRVNSLOVS &c. *& perfectionné par* PHILEMON LOVIS SAVARY, *Chanoine de l' Eglise de S. Maur des Fossez, son frere*, Parisiis 1730. fol. Editio secunda Amstelodami est recusa 1732. *Dictionaire des Finances, contenant la definition de tous les termes de Finances, leur usage & leur differentes applications dans toute sorte d'affaires, l' explication de tous les Droits & impositions, qui se levent dans l' etendue du Royaume, l' etablissement du Conseil du Roi, des Chambres des Comptes, & des Cours des Aides: la Creation des Charges, & generalement tout ce, qui regarde les Finances & la pratique des Bureaux, à Paris* 1727. 12. Bene multa verba nullibi explicata, neque

BAPTISTA BERNARDINVS scripsit *Seminarium, siue Lexicon triplex atque indices in philosophiam Platonicam, (b) Peripateticam, Stoicam*, Venetiis 1582. IOANNES HENRICVS ALSTEDIVS *Compendium Lexici Philosophici* edidit Herbornae 1626. 8. NICOLAVS BVRCHARDVS *repertorium philosophicum*, Lipsiae 1610. 8. HENRICVS VOLCKMARVS *dictionarium philosophicum*, Giessae 1676. 8. PETRVS GODARTIVS *Lexicon & summam philosophiae*, Parisiis 1666. 8. vulgarunt. Caeteris praeferuntur IOANNIS MICRAE-

neque a RICHELET, neque a FVRETIERIO, ibi reperiuntur etiam explanata. Inprimis vero *Traité general du Commerce du* STRICARD, cuius quinque sunt editiones, huc pertinet. Nec non paruus, sed vtilissimus liber, cui titulus: *von Manufacturen vnd Commercio* Francofurti & Lipsiae 1740. 8. qui abhinc quadraginta annis excusus est atque inscriptus: *Fürstliche Macht - Kunst:* Prae ceteris vid. quoque diligentissimi viri, Io. EHRENFRIED ZSCHACKWIZ *gründliche Abhandlung der vollständigen Oeconomiae Politicae vnd Cameralis, worinnen hinlänglich gewiesen, wie Cammer-Finantzen- vnd Commercien-Wesen, samt allem was darmit verknüpffet, in einem Staate wohl einzurichten* &c. edit. Halae 1739. 8. qui quoque scriptores multos hoc de argumento percensuit.

(b) TIMAEVS iunior, Lexicon περι των παρα Πλατωνι λεξεων concinnasse fertur, fatente PHOTIO Bibl. cod. CLI.

CRAELII *Lexicon philosophicum* Stettini 1663. 4. & RVDOLPHI GOCLENII *Lexicon philosophicum*, Parisiis 1633. 4. (*i*) Sed isti tantum ad barbaros philosophiae scholasticae terminos explicandos faciunt. Maiorem eruditionem & vsum reperimus in STEPHANI CHAVVINI *Lexico rationali, seu thesauro philosophico, ordine alphabetico digesto*, in quo vocabula omnia philosophica, variasque illorum acceptiones, cum placitis veterum atque recentiorum, exponit, (*k*) Roterodami 1692. fol. & Leowardiae 1713. fol. quae editio auctior longe est atque emendatior.

(*i*) Catalogum horum scriptorum, texere studuit summe venerabilis WALCHIVS, in praefatione ad *Lexic. Philos.* de quo deinceps.

(*k*) Nomenclatorem potius hunc librum, quam reale Lexicon dixerim; vid. *Acta eruditorum germanica*, Volum. III. pag. 185. seqqu. Dolemus quoque, fontes siue scriptores, vnde omnia ab auctore depromta sunt, non esse indicatos. Praeter eum, *Mr.* DV PLESSIS etiam *Lexicon philosophicum*, Hagae Comitum 1716. 4. typis exscribi curauit; qui liber puriorem dictionem latinam, adcommodare debet ad philosophorum antiquiorum *Quidditates*, *Quaeitates*, *Haecceitates*, *Entitates*, & id genus alia. Ciceronis itaque vestigiis, vt insistant philosophi omnes, iubet auctor; tirocinium hinc, siue florilegium Ciceroniano-Philosophicum potius elaborauit, vel pueris ridiculum, quam lexicon Plura non addo. Difficile est satyram non scribere.

datior. Refertur ab auctore *Actorum philosoph.* celeberrimo ad hanc classem IORDANI BRVNI, (*l*) Nolani, *summa terminorum Metaphysicorum*, a RAPHAELE EGLINO luci commissa Tiguri 1595. 4. & Marburgi 1609. 8. in qua termini Metaphysici scholastica methodo, licet non ordine alphabetico, explanantur; vide illorum Part. XV. Num. IV. pag. 424. sequ. (*m*) Recentissimum

(*l*) IORDANVM BRVNVM athei nomine male audire, Tom. I. Cap. II. §. XIX. not. i. obseruauimus; nonnullos errores huius viri PETRVS BAELIVS etiam enarrauit; hunc vero rem non acu tetigisse, epistola CASPAR. SCIOPPII ad CONRADVM RITTERSHVSIVM data, testatur, inserta *Memoires of Litterat.* Vol. II. Artic. LII. pag. 243. sequ. ibidem speciatim vid. pag. 256. Nec non *Entretiens sur divers sujets d'Histoire, de Litterature, de Religion & de Critique*, edit. Coloniae 1710.

(*m*) Lexicon philosophicum sistit etiam E. CHAMBERS in libro inscripto: *Cyclopaedia, or an Universal Dictionary of Arts and Sciences, containing an Explication of Terms, and an account of the things signified thereby in the several Arts, both liberal and mechanical; and the several Sciences, human and divine* &c. II. Vol. in fol. edit. 2. Londini 1738. Quid vero de eo sentiam, fuse explicaui, in Diario auspiciis meis edi coepto: *Abriss von dem neuesten Zustande der Gelehrsamkeit* Parte X. N. V. pag. 44. Adiici etiam potest: *Allgemeines Lexicon der Künste und Wissenschafften; oder kurtze Beschreibung des Reichs der Natur der*

mum eſt celeberrimi viri IOANNIS GEORGII WALCHII *Philoſophiſches Lexicon, darinn die in allen Theilen der Philoſophie fürkommende Materien vnd Kunſtwörter nach alphabetiſcher Ordnung erklaehret, vnd aus der Hiſtorie erlaeutert; die Streitigkeiten der aeltern vnd neuen Philoſophen erzehlet, vnd die dahin gehörige Schrifften angeführet werden,* Lipſiae 1726. & 1733. 8. (*n*) Ipſe libri praeſtantiſſimi titulus, quid in hoc opere praeſtitum ſit, exponit: lectio vero atque vſus, quantum reliquos, qui ipſum anteceſſerunt, *Lexicographos* antecellat venerandus Auctor, commonſtrabunt.

§. III.

Diſputationum philoſophicarum ingens eſt numerus. ANDREAS MATTHIAS AQVAVIVVS libros IV. *diſputationum illuſtrium* congeſſit, Francofurti 1609. 4. GVILIELMI VRSINI exſtant *diſputationum philoſophicarum partes*

der Himmel vnd himmliſchen Cörper &c. auctore excellentiſſimo Io. THEODORO IABLONSKI Lipſiae edit. 1721. licet non omnes philoſophiae partes, ſed Phyſicam ſpeciatim in eo illuſtrauerit editor. Taceo reliquos vniuerſalium Lexicorum ſcriptores.

(*n*) Iam tertia paratur editio operis huius vtiliſſimi.

partes II. Francofurti 1603. 8. MICHAELIS WATSONII *disputationes philosophicae* prodierunt Bremae 1658. 12. ADRIANI HEEREBORDI *disputationes selectae ex philosophia*, Lugduni Batauorum 1650. 12. &, quae in hac Academia olim habitae, IOANNIS CHRISTFRIEDI SAGITTARII *disputationes academicae*, Altenburgi 1670. 4. atque PAVLLI SLEVOGTII Ienae 2675. 4. vt alias taceam. (*o*).

§. IV.

Haec igitur pro ingenii noſtri modulo ex multis delibaſſe ſat erit. Condonabit B. L. ſicubi erratum fuerit: nec enim philoſophum me profiteor. Condonabunt alii, de quorum ſcriptis non ſemper cum laude dictum fuit, atque eamdem erga me exerceant cenſuram: neque enim aliud ratio rei litterariae poſtulat, quam vt libere dicamus, quod ſentimus, ſi modo abſit omnis pruritus vel acrimonia. Condonabunt

(*o*) *Variorum varii argumenti Diſſertationes, praecipue philoſophicas*, collectas notisque neceſſariis illuſtratas etiam dedit clarisſimus NICOLAVS ENGELHARD, L. A. M. M. D. & Prof. Groeningae 1735. in 8.

bunt aeque alii, quorum ſcripta omnino ad hanc *bibliothecam* referri debuiſſent, quae tamen ſunt omiſſa, quum hominis non ſit, omnes noſſe libros. Nihil nobis tribuimus, niſi errata, reliqua DEO rerum auctori.



APPEN-

APPENDICVLA.

Non excidit mihi memoria librorum omnium, quorum titulos Struuianae non adſcripſi commentationi. Selectam enim tam Struuius beatus, quam bibliopolae honeſtiſſimi efflagitarunt bibliothecam; minime autem permagnam, atque innumeris refertam voluminibus; ne deeſſem igitur precibus eorum, operam quae non exiguo labore conſtitit mihi, praeſtiti. Ad propoſitum itaque redeo, perpauca ſcripta auctorum, quorum ingenii monimenta, vel coepta, quibus autem extremam induſtriam nondum addiderant; vel quibus plures tomos ſe iuncturos promiſerant; quum Bibliothecae noſtrae pars prior foras daretur; indicaturus. Faciunt autem haec inter, praeſertim ad pag. 314. voluminis primi, ſumme venerabilis IOANNIS GVSTAVI REINBECKII *Betrachtungen über die in der Augſpurgiſchen Confeſſion enthaltene vnd damit verknüpfte Goettliche Wahrheiten, welche theils aus vernünftigen Gründen, alleſamt aber aus heiliger Goettlicher Schrifft hergeleitet vnd zur Vebung in der wahren Gottſeligkeit angewendet werden* Tom. I. edit. Berolini & Lipſiae 1731. 4. Eiusdem Tom. II. cui praemiſſa eſt praefatio egregia

von

von dem Gebrauch der Vernunfft vnd Welt-Weisheit in der Gottesgelahrtheit. 1733. 4. nec non Tom. III. 1736. 4. In quibus abditarum, retrusarumque veritatum, ex vberrimis theologiae & philosophiae fontibus haustarum, tractatio continetur; qua nihil limatius, grauius, vtilius, atque in omni genere perfectius cogitari potest. Quum etiam praeclara a tanto viro exspectanda sint vnice, votis ardentissimis, & rei Christianae & nobis, reliquos Tomos expetimus, quos promisit auctor summus; nosque intemperantes esse in librorum Reinbeckianorum cupiditate, fatemur ingenue. Ornant porro Bibliothecam philosophicam, speciatim Partis I. Cap. II. §. XVI. *The Works of* FRANCIS BACON, *Baron of Verulam, Viscount St. Alban, Lord High-Chancellor of England: In four Volumes: with several additional Pieces never before printed in any Edition of his Works. To which is prefixed a new Life of the Author, by Mr.* MALLET. Londini 1740. excusa. Descriptam vide locupletissimam politissimamque hanc editionem, in *Bibliotheque Britannique pour les Mois d'Avril, Mai & Juin* MDCCXL. Art. III. pag. 128. Adiicimus porro insignis doctrina hominis, IOANNIS SWAMMERDAMMII *Biblia Naturae, siue hi-*

sto-

ſtoriam Inſectorum in claſſes certas redactam, nec non exemplis, & anatomico variorum animalculorum examine, aeneis tabulis illuſtratam; inſertis numeroſis naturae obſeruationibus; omnia lingua Bataua, auctoris vernacula conſcripta; acceſſit praefatio, in qua vitam auctoris enarrauit HERMANNVS BOERHAAVE, Medicinae Profeſſor, &c. Latinam verſionem confecit HIERONYMVS DAVID GAVBIVS Medicinae & chymiae Profeſſor. II. Tomi Lugduni Batauorum 1737. fol. Quod politiſſimum opus, locum merito occupat primum, inter ſcriptores Vol. I. Cap. V. §. XIII. excitatos. De reliquis taceo, & in aequitate tua lector candide, repono omnia. Nollem vero mendas librariis excidiſſe, etſi excuſationem rei dabit huic, perpetua operarum conſuetudo. Praeterea auctor tibi ſum, vt excites ingenium tuum, ad diſcernenda errata, & vere propoſita; eo enim cogitationes meas etiam retuli, vt diuerſam nomina ſcribendi rationem, quam modo adripuerunt, adoptaruntque ſibi philoſophi, modo commutarunt, ac repudiarunt, exprimerem. Diſcrepantes igitur iſtas lectiones non pendere ex errore noſtro, nec falſe nobis eſſe adtribuendas, inde efficitur. Sed ſuſtinere etiam potero fallacia multitudinis iudicia, quum

quum illico adprobatores eximios nactus ſit Bibliothecae huius Tomus prior. Gratum quoque nonnullis forе confido poſteriorem, vel ipſius Struuii cauſſa, quem lucubrationibus meis reddere conatus ſum nitidiorem.



CON-



CONSPECTVS OPERIS

TOMVS I.

PHILOSOPHIAM CONTEMPLATIVAM COMPLECTENS.

TO-

TOMVS II.

PRACTICAM PHILOSOPHIAM COMPLECTENS.





IN-

INDEX AVCTORVM.

Littera b designat Tomum secundum.

Ayr-

Boif-

C.

de

de

For-

Hoff-

M

Nierem-

Pig-


Rie-

S

Sa-

T

Tele-



ELEN-

ELENCHVS RERVM MEMORABILIVM.

A

C

Ame-

I

illo-

K

L

Le-

Me-

Oporini

Re-

fatum

